

V C
5227



ÆTERNÆ.
LAUDUM, PYRAMIDES.
DIVO. SAXONUM. HEROI.
SERENISSIMO. ATQVE. POTENTISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO.
JOHANNI. GEORGIO. III.
S. ROM. IMPERII. ARCHIMARESCHALLO.
ET.
SAXONIÆ.
PRINCIPI. ELECTORI.
GLORIOSISSIMO.
PATRIÆ. PATRI. PIO. FORTI. ATQVE. MAGNANIMO.
EX. PUBLICIS. ANNALIUM. MONUMENTIS.
DIE. XXII. DECEMBR. M. DC. XCI.
FREIBERGÆ. HERMUNDURORUM.
ORATIONE. PUBLICA.
DEVOTISSIME.
ERECTÆ. CONSECRATÆQVE.
PER
TOBIAM LIEBIUM, FREIBERGENS.
GYMN. PATR. RECT.
FREIBERGÆ, Literis BECKERIANIS.

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

JOHANNI GEORGIO IV.

DUCI SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM,
ANGRIÆ, ET VVESTPHALIÆ, S. ROM. IMPERII
ARCHIMARESCHALLO ET PRINCIPI ELECTO-
RI, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI
MISNIÆ NEC NON SUPERIORIS ET INFERIO-
RIS LUSATIÆ, BURGGRAVIO MAGDEBURGI,
PRINCIPI COMITATUS HENNEBERGICI, CO-
MITI MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BAR-
BII, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, ETC. ETC.
PRINCIPI ELECTORI AC DOMINO MEO

LONGE CLEMENTISSIMO

ANNARE AC PERENNARE
FELICITER!

SERENISSIME POTENTISSIMEQVE
PRINCEPS ELECTOR,
D O M I N E
LONGE CLEMENTISSIME,

P Rincipem siderum ejus indolis esse constat
ut quamvis in altissimo cœli domicilio sit con-
stitutus, inferiora tamen aspicere suisq; radiis
collustrare atque erigere non dedignetur. Simi-
lem Virtutem in Celsitudine Tua, SERENISSIME AC
POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR, ex oscu-
lari civibus Tuis felicissime contingit. Hinc lætissimis
omnia personant gratulationibus, quòd in TE novum in
Polo Electoratùs Saxonici Celsissimo exortum cerna-
mus Solem, cujus serenissimi radii generi humano serena
omnia atq; prospera pollicentur. Tot tantisq; verò ap-
plausibus ista etiam tenuis advolvitur Oratio ad nu-
tum metalliferæ Tuæ Freibergæ æternis Divi Paren-
tis Tui laudibus consecrata. Convertas itaq; DOMINE,
vultum Tuum ad eam gratiosissimum; tantò enim secu-
rius in luce spectari confidit, quanto majoris Clementiæ
radium à Celsitudine Tuæ Electoralis serenissimis oculis
acceperit. In tantarum gratiarum vicem cœlum pre-
cibus fatigatura est humillima servuli Tui Pietas, ut
Celsissimam Serenitatem Tuam in Augustissimæ Domus
Saxonicæ decorem & orbis christiani incrementum,
 fortem atq; hilarem servet quàm diutissime.
SERENISS. TUÆ CELSITUD.

subjectissimus servus
Tobias Stebe.



Freibergam nostram, *Auditores omnium Ordinum honoratissimi*, si tot lachrymis calidissimis adhuc fluere cerneremus, quot à sexcentis ferè ab hinc annis in hunc usq; diem exsudavit Metallorum gemmulas, dubium quidem non est, quin portenti simile videatur iis, qui fortè sciunt cum ignarissimis, quid superioribus diebus intra metalliferæ hujus urbis moenia peractum fuerit. Quemadmodum enim atrocissima fulminum tonitruumq; tempestas minori eos formidine opprimit, à quibus procul abesse intelligitur, quam quorum cervicibus quasi imminet: ita quò quis remotior est à moeroris luctusq; argumentis, atq; pignoribus, tantò minus eorum vim experitur. Potest itaq; fieri, ut vel exteræ vel longo intervallo à nobis distitæ Regiones atq; Provinciæ tanti doloris sensum non percipiant, quantus in hac urbe eheu! ad nos pervenit. Etsi enim campanarum tristissimi boatus, quibus coelum Electoratus Saxonici huc usq; intonuit, iis inculcârunt abundè, non privatum aliquem Larem, non urbem quandam clarissimam, sed Patriam ipsam gravissimo vulnere percussam, immò non magnum aliquem summo generis splendore præditum hominem, sed Principem omnium, Patriæq; nostræ Patrem paterrimum extinctum; ipsum tamen extinctum Principem sive elatum, sive compositum non omnibus æqvè cernere licuit. Te verò, Freiberga mea, in hanc fortunam reservârunt Superi, ut non fama tantùm tristissima de Principis obitu inopinato ad aures Tuas advolaret, sed exuviæ etiam Ejus sanctissimæ, terræ tuæ gremio in Mausoleo Electorali inferendæ luctuosissimum Tibi Tuisq; civibus spectaculum exhiberent.

Vidi-



Unn wir unser Freyberg/
Hochgeehrteste Anwesende/ anieko noch in
so viel heißen Thränen solten schwimmen se-
hen/ als es jemahls fast in die sechshundert
Jahrhero edle Erbe geschüttet/ dürffte wohl
solches denen jenigen ein Wunderneu zu
seyn scheinen/ die vielleicht nicht wissen/ was
vor einigen Wochen in den Ringmauern dieser löblichen Berg-
Stadt vorgegangen. Gleich wie nehmlich ein hartes Donner- Wet-
ter die jenigen nicht in so großes Schrecken setzet/ die es nur von
weiten hören/ als andere/ welchen es übern Kopffe gleichsam
stehet ; also je weiter jemand von dem jenigen/ was großes
Trauren und Klagen verursacht/ entfernt ist/ desto weniger
wird Er solches in seinen Herzen empfinden. Kan derowe-
gen wohl seyn/ daß entweder auswärtige oder von uns etwas
weit entlegene Länder und Provinzen von der Trauer/ die un-
sere Stadt/ ach leider ! umgeben/ nicht so starcke Empfindung
spüren. Denn obwohl das traurige und ungewöhnliche Glockenge-
läute/ welches den Sächsischen Chur- Himmel seithero erfüllet/ ih-
nen zur genüge angedeutet/ daß nicht etwan eines gemeinen Bür-
gers Haus/ nicht eine vornehme Stadt/ sondern das wertheste
Vaterland selbst in tieffes trauren gesezet worden ; ja daß
nicht etwan ein grosser und vornehmer Geschlechter/ sondern
der vornehmeste unter allen/ ja unser Fürste/ und theuerster
Landes-Vater todtes verblichen ; so haben doch nicht alle den
Leichnam desselben eingesargt/ oder auch alle denselben können
besehen sehen. Daz aber/ mein liebes Freyberg/ hat der Himmel die-
ses Unglück gleichsam fürbehalten/ daß nicht nur die traurige
Post von deines Gnädigsten Herrn unverhofften Todesfall dir
alsobald zu Ohren kommen/ sondern auch mit höchster Be-
jammerung erfahren mustest/ daß die hohe Churfl. Leiche
dem Schoß deiner Erden in der Churfl. Begräbnis-Grufft
solte eingesendet werden.

B

Dem

Vidi-



Vidisti nempè *Serenissimum* & *Potentissimum* *Principem ac DN. DN. JOHANNEM GEORGIUM III.* *Ducem Saxoniae, Juliaci, Cliviae, Montium, Angriae & Westphaliae, Sacri Romani Imperii Archimareschallum & Principem Electorem, Landgravium Thuringiae, Marchionem Misniae, nec non superioris & inferioris Lusatiae, Burggravium Magdeburgi, Principem Comitatus Hennebergici, Comitem Marcae, Ravensbergae & Barbii, Dynastam in Ravenstein, &c. &c. Principem Electorem & Dominum nostrum Clementissimum, non hostium, sed fati truculentiam proh dolor! exanimatum inq; urna ferali ritè conditum vigesimo quarto die Octobris moenibus Tuis appropinquare. Vidisti *Serenissimi ac Potentissimi quondam Electoris Funus Celsissimum* à Clero cum Proceribus Tuis sive publicam, sive metallicam rem curantibus civibusq; primariis Electoralis militiae comitatu stipatis, cantus inter lugubres, in templum arcis Freudensteiniae deductum suo funebri thalamo imponi. Vidisti deinde superioribus diebus duci exequias magnificentissimas: Vidisti Prætorianæ militiae eqvites peditesq; juxta cum 24. fulminalium tormentorum magistris, suo qvosq; ordine Principem suum militiae omnis peritissimum deflere: Vidisti post ingentem mœstissimos threnos concinentium turbam, omnium Regionum Provinciarum, ac Ditionum, quibus *Serenissimi Nostri Principis* Electoralis Majestas felicissimè præfuit, gentilitia signa illustrissima in squalidum luctum excitata omnia, ut non obscuro essent indicio, quòd omnis Saxoniam juxta cum Juliaco, Clivia, Montibus, Angria & Westphalia Principem Electorem Ducemq; ; quòd Thuringia Landgravium, Misnia cum superiori & inferiori Lusatia Marchionem; quòd Parthenopolis Burggravium, Henneberga, Marca, Ravensberga & Barbium Comitem, Ravensteinium Dynastam suum, omnes Heròem maximum & Germaniæ Herculem invictissimum anxiiis votis desiderent,*

Denn da sahest du/das der Durchlauchtigste und Großmäch-
tige Fürst und Herr/ Herr JOHANN GEDRBE der III.
Herzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg/ auch Engern und
Westphalen/ des heil. Röm. Reichs Erzmarschall und Chur-
fürst/ Landgraff in Thüringen/ Marggraff zu Meissen/ auch
Ober- und Nieder Lausitz/ Burggraff zu Magdeburg/ Ge-
fürsteter Graff zu Henneberg/ Graff zu der Marck/ Ra-
vensberg und Barby/ Herr zum Ravenstein 2c. 2c. unser
Gnädigster Churfürst und Herr/ nicht etwan durch der Fein-
de Schwerdt/ sondern durch Gottes allzuhartes Verhängniß/
ach leider! entselet in seinem Sarge den 24. Octobr. jüngsthin
hieher gebracht wurde. Du sahest den eingesargten Hohen
Churfl. Leichnam von der Geistlichkeit hiesiges Orths nebst denen
sämtlichen des Raths/ Ober-Berg- und Hütten-Beamten/
auch andern vornehmen Bürgern in Begleitung der Churfürstl.
Leibwardi mit höchsttraurigen Gesange und Klange/ in das
Schloß Freudenstein bringen/ und auff die in der Capelle da-
selbst auffgerichtete Trauerbühne setzen. Hierauff sahest du
auch das jüngsthin angestellte Churfürstliche solenne Reich-
Begängniß: du sahest von der Churfürstlichen Leibwardi und
Leib-Regimentern zu Ross und Fuß/ die tapffern Soldaten/
samt denen unerschrockenen Feuerwerckern/ so nebenst 24.
großen Stücken einher zogen/ alle in geziemender Ordnung/
ihren in allerley Kriegs-wissenschaft Hochehrbaren Fürsten
und Herrn zu betrauen. Du sahest die mit höchsten Betrüß-
niß die angeordneten Sterbe-Lieder mitsingende Schüler und
Geistlichen: du sahest aller Länder/ Provinzen und Herrschafften/
denen Unser Durchlauchtigster Churfürst und Herr höchstglück-
lich fürgestanden/ ieder mit ihren eigenen Hochfürstl. Wapen ge-
zierte Fahnen/ die bey solcher Trauer alle mit auffgeföhret
wurden/ zu bezeugen/ das gantz Sachsenland nebenst Jülich/
Cleve/ Berg/ Engern und Westphalen ihren Churfürsten
und Herzog/ Thüringen seinen Landgraffen/ Meissen samt
Ober- und Nieder Lausitz seinen Marggraffen/ Magde-
burg seinen Burggraffen/ Henneberg/ Marck/ Ravensberg und
Barby/ ihren Graffen/ Ravenstein seinen Herrn/ alle aber ei-
nen sehr grossen Welden und der Teutschen unüberwündlichen
Her-

derent, defunctumq; falsissimis lachrymis deplorent. Vidisti Mitram Electoralem suo Capite Serenissimo; Ensem Electorium potentissimâ suâ orbatum Dextrâ, quæ in hostes Sacri Romani Imperii eundem strinxit dexterrimè. Vidisti ipsum *Serenissimi ac Potentissimi Principis Electoris Filium Principem Electoratus Saxonici ex asse hæredem ejusq; Serenissimum ac Potentissimum Fratrem*, ambos mœrore ac luctu tantum non occisissimos, cum Ministris in Aula, Camera, Dicalteriis & Protosynedrio autoritate gravissimis, Paterno Funeri Celsissimo justa solvere. Vidisti reliquum funebrium pomparum longum ordinem, immò civium omnium, omnium spectatorum ora humecta lachrymis inq; terram abjectissima. Audivisti etiam finitis exequiis, cum Celsissimum funus monumento patrio avitoq; inferretur, tormentorum sclopetorumq; fragorem fulmineum, quò Divus Elector Noster hostes antea consueverat, nunc verò eheu! desit obstupescere.

O uberrimam flendi lugendiq; segetem ac materiam! Quis hîc lachrymis, quis lamentis, quis planctibus singultibusq; abstinere Te posse credat, nisi fortè hunc errorem quisquam erraverit, fore, ut mascula Tua Virtus, quâ Serenissimis Saxoniae Ducibus Principibusq; Electoribus Potentissimis ab incunabulis Tuis supra invidiam inclaruisti, in hoc demum luctu publico vacillet, id quod sanè abhorres ac detestaris, donec orbe suo mundi hujus machina constabit. Adesto itaq; Freiberga mea, Tuumq; Principem Electorem, Saxoniae, Thuringiae, Misniae, reliquarumq; regionum Praeficis occisissimis intermixta rorantibus lachrymis deplora. Adesto, inquam, coelumq;, terramq;, obtestare, Coronam Capitis Tui, imò Caput ipsum decidisse: Cedrum Tuam Celsissimam, cujus umbra Tibi saluti fuit certissimæ, vi mortis fulmineâ prostratam exaruisse. Sed reprimo me ab excitando luctu, qui expleri profectò non potest, etiamsi perennes lachrymarum fontes oculi nostri existerent. Ecquis enim non dif-

fidat

Herculem höchstbekümmert vermischen und seinen Tod mit
den aller heißesten Thränen bejammern. Du sahest/ wie der
Chur-But seines Durchlauchtigsten Hauptes; das Chur-
Schwerdt aber der Großmächtigen Hand/ welche dasselbe wie-
der die Feinde des heil. Römischen Reichs aus seiner Scheide
gezogen und höchsttrühmlich geführet/ verlustig worden. Du
sahest den Durchlauchtigsten Chur-Prinz und Erben in der
Churfl. Würde/ wie auch dessen Durchlauchtigsten Herrn
Bruder/ nebenst dero in allen Collegiis am Hofse Hochbe-
stellten und Hochansehnlichen Ministris die Chur-Fürstliche
Reiche mit nasen Augen in tieffster Trauer begleiten. Du
sahest andere mehr sothanen Churfl. Reich-Begängniß bey-
wohnen/ ja du sahest aller und ieder Bürger/ aller und ieder
Zuschauer über diesen Trauer-Fall mit Thränen angefüllte
Augen/ und zur Erden niedergeschlagene Gesichter. Du hör-
test auch bey Endigung des Churfl. Reich-Begängniß/ als der
Hohe Reichnam in die Hoch-Fürstliche Erb-Grufft seinen
Chur- und Fürstl. Vätern solte beygesetzt werden/ das aus
Musqueten/ Corabinern und Stücken in der Luft erschallen-
de Knallen und Krachen/ mit welchen unser Hochseligster
Chur-Fürst hiebevorn gewohnt war/ nun aber/ ach leider! auff-
gehöret hat seine Feinde zu erschrecken.

O der allzuvielen Uhrsachen/ die uns alle zur Bergießung
häuffiger Thränen und Erhebung der bittersten Jammer-Kla-
gen sattfam bewegen! Wer solte demnach ihm einbilden/ daß
auch du insonderheit hierbey des weinens/ des klagens/ des
jammerns/ und seuffzens dich enthalten könntest/ es wäre denn/
daß jemand in den irrigen Gedanken stünde/ es würde deine
Treue und Tapfferkeit/ derentwegen du/ so zureden von deiner
Biegen an bey denen Durchlauchtigsten Herzogen und Chur-
Fürsten zu Sachsen allen Reidern zu Trok/ berühmt worden/
nunmehr bey dieser allgemeinen Land-Trauer anfangen auff
schwachen Füßen zu stehen/ da doch iederman weiß/ daß du
von solcher Unbeständigkeit/ so lange dieses Welt Rund bestehen
wird/ einen Abscheu habest. So komme demnach/ mein
werthes Frenberg/ und bejammere nebenst andern wehmüthig-
sten Klage-Müttern/ die jeko in Sachsen/ Thüringen/ Meissen/
und

fidat eum defleri posse Principem, qui summo in DE-
um Patriamq; amore omnes Summo Principe dignissi-
mas Virtutes animo complexus, domi ac militiae, malis
secundisq; rebus, Celsissimi animi sui robur invictum
probavit, tristissimisq; temporibus & eventum saepe
variante fortunâ nullum pro salute Reipublicæ tuen-
dâ, nullum pro asserenda Germaniæ libertate, nullum
pro totius orbis christiani religione vindicanda pericu-
lum subterfugit aut recusavit. Quin ergo ad remedia
potius luctui nostro intensissimo quærenda animum
inducamus, ne Optimo Nostro Principi, qui inter mor-
tales esse desiit, gloriæ vitæq; immortalitatem, quam
consecutus est, invidere videamur.

Enim verò quos mœrori suo indulgere cernimus,
nulla re magis, ut fessum curis lachrymisq; spiritum
resumant, refici consueverunt, quàm si bonâ & certâ
tempestate sub liberiori aura campos, collesq; viridis-
simos vel curru vel eqvo vel nudis etiam pedibus, eme-
tiri liceat. Nonne, Freiberga mea, idem doloris lu-
ctusq; Tui remedium tentare, Tibi complacet? Pla-
cet, inquis, sed ubi læta & amœna camporum vireta,
in quæ animi relaxandi gratiâ excurram? omnis enim
eorum gratia jam nunc hiemis rigore periit. Veniam,
confido, dabis, ut huic solitudini Tuæ occurram.
Nimirum sunt alii campi, quos nulla brumalis tempe-
statis injuria viridanti suo nitore potest exuere. Ex-
curramus agedum in immensum campum vernanti-
um Virtutum, quarum famâ non dubiâ Hercules no-
ster Saxonicus totum ferè terrarum orbem implevit.
Non hîc quidem stupendos veterum Ægyptiorum
obeliscos admiraberis, quorum rudera magis, quàm
opera sumtuosissima in hunc usq; diem peregrinan-
tium oculis subjiciuntur; Sed Pyramides tamen inve-
nies, quas æternis invictissimi Herois nostri laudibus
feræ posteritati celebrandis æterna ejusdem merito-
rum memoria condidit, erexit, consecravitch; In hos
igitur campos gaude exspatiari, his Pyramidibus ocu-
los

und andern Provinzen auffgeföhret werden/ deinen Durchlauchtigsten Churfürsten und Herrn: kom̄ und laß Himmel und Erden zeugen/ ob nicht die Krone deines Hauptß/ ja dein Haupt selbst gefallen/ ob nicht dein Hoher Ceder-Baum/ unter dessen Schatten du Hülffe und Schutz gefunden/ durch des zeitlichen Todes Gewalt nieder gerissen und seines Lebens-Safftes beraubet worden? Allein ich enthalte mich hier billich fernweit anzuföhren/ was uns zu einer geziemenden Trauer bewegen sollte/ als dem doch kein Genügen geschehen kan/ wenn gleich unsere Augen stets fließende und sich ergießende Thränenquellen wären. Denn wer wolte ihm doch wohl getrauen den jenigen Fürsten und Herrn sattßam zubezweimen/ der aus Liebe zu Gott/ und seinen Vaterlande aller Hoch-Fürstl. Tugenden sich befließen/ so wohl in seinen Lande als auch auswärtig im Kriege bey Glück und Unglück seiner Herkhaßtigkeit unbesrittene Stärke sehen lassen/ und zu den betrübtesten und gefährlichsten Zeiten zur Erhaltung der allgemeinen Wohlfahrt seiner Lande/ zur Beschirmung der Teutschen Freyheit/ zur Rettung der Christlichen reinen Lehre/ einige Gefahr niemals nicht gescheuet/ oder sich derselben entzogen. Wollen deswegen vielmehr darauff bedacht seyn/ wo wir ein heilsames Mittel finden möchten/ unsere tießgeschlagene Trauer-Bunden zuverbinden/ damit es nicht das Ansehen gewinne/ als ob wir unsern höchsttheuresten Landes-Vater/ den wir unter den Sterblichen nicht mehr sehen/ die Unsterblichkeit seines Ruhms und himmlischen Lebens/ darzu er gelanget/ mißgönnen wolten.

Wir sehen aber/ daß die Leidtragenden ihre von vielen Sorgen und vergossenen Thränen abgemattete Lebens-Geister mit nichts so sehr zuerquickten pflegen/ als wenn sie etwan bey guten Wetter außß Land hinaus in die grünen Aouren entweder zu Wagen oder zu Pferde/ oder auch nur zu Füsse sich begehen können. Solte dir/werthes Freyberg/ nicht auch dergleichen belieben? allerdings/ sprichstu/ aber wo sind ieko die schönen lustigen grünen Felder/ dahin in meiner Trauer/ Lust zu schöpffen/ ich mich wenden könnte? Es hat ja alle Annehmlichkeit derselben der rauhe Winter/ mit Schnee und Frost bedeckt. Allein so mir vergönnnet ist/ dich dieser Sorgen zubenehmen/

los Tuos pasce, his delectare, his perfruere ! O verò me infelicem ! Dum enim Pyramidum ejusmodi mentionem facio, Tuum, Freiberga mea, monitum audire mihi videor, non abnuere Nobilissimos Patres Tuos Conscriptos, si Pyramidum istarum argutas inscriptiones, quò fieri potest, verborum compendio exponam. Nam certè Ægyptiorum Pyramides tam miris extrinsecus simulacris effigiatas fuisse legimus, ut vix Oedipus iisdem recensendis explicandisq; sufficeret : & tamen in Athanasio Kirchero uno omnis antiquitatis indagatore sagacissimo inventus est Oedipus, qui hieroglyphicas istas literas interpretatus est felicissime. At verò quem Oedipum invenias, à quo Divi Principis-Electoris Nostri laudibus consecratarum Pyramidum hieroglyphica satis digno verborum pondere enarrari queant ? Omnis sanè eloquentia, quancunq; cœlesti munere homini concedi potest, hîc stupet ac obmutescit. Et ego, qui in dicendo infimorum infimatem me profiteor, in tam splendida Summorum Virorum corona non stupeam, non obmutescam ? Heu ! quantò tutius esset atq; religiosius, jam honore silentii suppressere, quod voce & stylo resignare nemo ausit, ad exemplum ingeniosi pictoris, qui velo inumbravit, quod penicillo exprimi posse desperabat. Sed enim me unum hîc rursus erigit, quòd, sicuti Princeps fiderum non montium tantùm cacumina, sed infimas quoq; valles sui splendoris gratiâ collustrat ; ita non dubium sit, quin Divi Herois Nostri summa Virtus imas laudes non spernat. Non ampliùs igitur, Freiberga mea, monito Tuo amicissimo refragabor, sed, dum Vos, pullati Proceres, ita animos vestros composuisse persuasum mihi habeo, ut à mea tenuitate plura & majora non expectetis, quàm quæ clarissima Fama suis Optimo Nostro Principi erectis Pyramidibus inscripsit, ego quidem tantò lubentius ea repetam, quanto majus silentium luctus publicus & communis Patriæ necessitas vobis imposuit. Hoc saltem à Vestris
Nobi-

men/ so sind ja andere Felder und Aouren/ denen kein unge-
stüm Winter-Wetter das grüne Kleid der allerschönsten Lieb-
lichkeit ausziehen kan. Man gehe nur hinaus in das weite Feld
der schöngrünenden Welden = Zugenden/ mit deren erscholle-
nen Gerüchte Unser Sächsischer Hercules fast die ganze Welt
erfüllet. Da wirstu zwar dich nicht zu verwundern haben/ ü-
ber der alten Egyptier hochauffgespizte steinerne Pyramiden
und Pfeiler/ von welchen etliche alte Stücke noch auff den heu-
tigen Tag zu sehen seyn sollen/ gleichwohl aber wirstu solche Py-
ramiden antreffen/ welche Unsers unüberwindlichen Wieldens
glorwürdigste Thaten zu dessen unsterblichen Lobe / sich erwor-
ben und auffgerichtet. So beliebe demnach in diese Felder hinaus
zu spaziren/ an denen sich da selbst befindlichen Pyramiden su-
che deine Augen-Wende/ an diesen ermuntere und ergöze dich.
Aber ach mich unglückseligen ! denn indem ich dergleichen Py-
ramiden gedende/ so kömmt mir vor/ als wenn du/ werthes Frey-
berg/ mich erinnerst/ es wäre deinen Edlen Vätern nicht zu
wieder/ wenn ich die auff denselben Pyramiden eingegrabene
Schriften kürzlich abfassen und erklären wolte. Allermas-
sen wir denn lesen / daß auff der Egyptier ihren Pyramiden al-
lerhand wunderseltzame Figuren gebildet gewesen/ zu deren
Erklärung kaum eines Oedipi hochweiser Verstand zulänglich
geschienen/ und dennoch hat man an dem Weltberühmten Dol-
metscher und Ausleger aller Antiquitäten dem Athanasio
Kirchero einen so klugen Oedipum gefunden/ der derselben
verdeckte Figuren sehr wohl übersetzt/ und der gelehrten Welt
mitgetheilet hat. Aber wo wird man hier einen dergleichen
Oedipum finden/ der die schönen Sinn-Bilder und Figuren/ so
an denen/ Unsern höchstseeligen Thur-Fürsten zu Ehren auff-
gerichteten Pyramiden / zulesen/ nach Würden erklären könte ?
In Wahrheit alle Beredsamkeit/ so groß sie auch bey einem Men-
schen seyn kan/ ist hier zu wenig/ und ich/ der ich mich unter die
allergeringsten Redner zu rechnen habe/ solte bey einer so Hoch-
ansehnlichen Freqvenz mich erühen zu reden/ und nicht
vielmehr verstummen ? O wie weit besser wäre es mit einem
schambastigen Stillschweigen zu übergehen/ was mit Worten
zu beschreiben niemand leichtlich sich unterstehen kan/ nach dem
Exem-

D

Exem-

Nobilissimis Amplitudinibus impetrari patiamini, ut non tam dicenti, quàm balbutienti mihi, lingvis animisq; faveatis.

Patent igitur Campi amplissimi, in quibus Serenissimi Nostri æternitati erectas Laudum Pyramides animo contemplari proposuimus. Quam verò illarum primam, quam secundam, quam tertiam numerem? Omnes enim tanto fastigio, tantâq; amplitudine se commendant, ut quam alteri præponamus, prorsus non constet. Pater Historiæ Herodotus memoriæ prodidit in Ægyptiarum Pyramidum aliquâ hæc incisa fuisse verba : Ne me cæteris Pyramidibus compares, quæ tantum illis præcello, quantum Jupiter cæteris Diis. O superbam & arrogantem inscriptionem, superbâ Ægyptiorum gente & indole dignissimam ! At verò nostræ Pyramides Serenissimi Nostri æternis laudibus exstructæ meliori jure nos affari possunt : Ne nos priscis Ægyptiorum obeliscis comparetis, quæ tantum illis præcellimus, quantum divina Virtutis æternitas, fortunæ antistat inconstantiæ. Dum verò istas inter se quasi certare eminus animadvertimus, quænam prima se oculis nostris ingerat, ecce eam primam omnium conspicamur, quæ Sideris Nostri heu intercepti Excelsissimum ortum nobis commemorat. Basibus illa suis vastissima sensim ita versus cælum fastigiatur, ut in vertice suo acuminato Aquilam cum pullis visendam præbeat, cum Epigraphe : *MEI NON DEGENERANT*. Nimirum ea *Serenissimæ Domûs Saxonicæ* ab omni ævo viret vigetq; gloria, ut fortes ex ea procreentur fortibus, sicut imbellem feroces aquilæ non progenerant columbam. Quodsi enim priscorum annalium replicamus memoriam, ecquis obsecro *Artarichi*, quis *Futhonis*, quis *Erici*, quis *Witekindorum* vetustissimorum Regum Saxonie magnos animos viresq; ignorat ? Ecquis in *Friderico I. Bellicoso*, in *Friderico II. Placido*, in *Friderico III. Sapienti*, summas virtutes non adm-

Exempel jenes sinnreichen Mahlers/ der mit einem Firhang ü-
berschattete/ was er mit dem Pinsel ihm nicht getraucte für-
stellig zu machen. Gleichwol ist noch etwas/ das mir hier wieder-
umb einen Muth machet/ das nemlich/ wie der güldenen Ster-
nen Brink und Meerführer nicht nur die hohen Berge/ son-
dern auch die tieffsten Thäler mit dem Glantz seiner Strahlen
beleuchtet/ also außer allen Zweifel der hohe Tugend-Glantz
Unsers glorwürdigsten Heldens ein aus dem niedrigsten Thale
auffsteigendes Lob nicht gänzlich verschmähen werde. So will
ich demnach/ werthes Freyberg/ deiner wohlgemeinten Erinne-
rung nicht ferner widersprechen/ sondern/ weil ich zugleich ver-
mercke/ daß Sie/ Hochgeehrteste Anwesende/ von meiner Benig-
keit ein mehrers nicht verlangen/ als nur dasjenige zu hören/
was das von Unsern Hochgepriesenen Ehr- Fürsten in aller
Welt erschollene Gerüchte denen zu seinen unsterblichen Ruhm
auffgerichteten Pyramiden eingeschrieben und einverleibet/ nun-
mehr desto williger dasselbe fürklich wiederhohlen/ ie stillere
Auffmerksamkeit die allgemeine Trauer von euch zu erfordern
scheinet. Sie lassen mich aber zuförderst darinnen so bittseelig
seyn/ daß sie meiner allzuschwachen und in Reden ungeübten Zun-
ge mit ihrer beharrlichen Wohlgetwogenheit zu statten kommen.

So liegen uns demnach die schönen weiten und breiten Flou-
ren vor Augen/ auff welchen wir die Unsern Durchl. Ehrfl.
zum ewigen Ruhm erhabene Pyramiden zu beschauen uns für-
gestellt haben. Welche aber soll ich unter denselben zur erst
fürnehmen/ oder zulezt beschreiben? Denn alle sind dermassen
hoch und weit auffgeführt/ daß man nicht weiß/ welche denen an-
dern vorzuziehen sey. Herodotus erzehlet/ daß auff einer Egv-
ptischen Pyramiden diese Worte eingegraben gewesen: Vergleiche
mich nicht mit den andern Pyramiden/ die ich alle/ gleich wie der
grosse Jupiter alle andere Götter/ übertrefse. O der hoffär-
tigen und vermessenen Worte/ die mit der hoffärtigen
Natur und hochmüthigen Sinn der Egyptier wohl überein-
stimmen! Aber unsere Pyramiden/ die wir Unsern Durchl.
Ehr- Fürsten zum ewigen Lobe auffgerichtet sehen/ können
mit bessern Bestand der Wahrheit uns anreden und sagen:
Verglechet uns ja nicht den alten Pyramidibus der Egyptier/

admiratur ? Cogitemus *Albertum*, quem ipsa invidia Teutonicum Hectorem, Miles Rolandum alterum, Principes ipsi Dextram Imperii, Imperatores verò Patrem Custodemq; Salutis publicæ nuncupârunt: Cogitemus *Henricum Pium*, *Alberti animosi Filium*, qui terrestibus contemptis cælestia meditatus augustissimum Mausoleum Electorale in hac urbe, cuius præcipuè amore flagravit, primus condidit: Cogitemus *Johannem Constantem*, qui augustissimis Imperatoribus, Maximiliano quidem in Alba Græcia capienda, Carolo V. deinde in oppugnanda Massilia animi sui altitudinem; Confessioni verò Augustanæ, cui nos profitemur addictos, fidei suæ inconcussam constantiam probavit: Cogitemus *Johannem Fridericum*, quem Orbis Christianus Sanctæ Crucis Vexilliferum & doctrinæ Lutheranæ animosissimum Confessorem admiratur: Cogitemus *Mauritium* felicissimum Germaniæ afflictissimæ Camillum, maximum Germanæ libertatis vindicem & fidei orthodoxæ assertorem constantissimum: Cogitemus *Augustum*, qui augustissimis Sapientiæ atq; Virtutis suæ dotibus meruit, ut Imperii Cor, Manus, & Oculus crederetur: Cogitemus *Christianum I. Nostri Proavum*, in quo, ut absolutissimum boni Principis exemplum produceret, Naturam vires suas expertam Annalium conditores perhibent, hoc verò acerbissimè dolent, quòd istum destinatum ordinem fatum properum interruperit: Cogitemus sexcentos alios seculi superioris Heroas invictissimos, sive Brennorum sive Danorum Sveonumq; sanguine Serenissimæ Domui Saxonice conjunctos, nonnè in omnibus atq; singulis animum imperterritum, manum strenuam, & mortis ipsius contemptam formidinem admirabimur, ut ad oculum inde appareat, quot, quantosq; Noster numeret Aquilas, à quibus degenerare nunquam animum induxit. At enim verò si Avum Herois Nostri gloriosissimum, *Divum Johannem Georgium I.* intueamur, proh! quàm acres ille anti-

als welche wir so weit übertreffen/ als der Jugend ewiger Be-
stand dem unbeständigen Glücke vorzuziehen. Indem es aber
von ferne scheint/ als wenn eine mit der andern Schritte/ welche
sich zuörderst von uns wolte sehen lassen/ so erblicken wir doch
zur erst diejenige/ welche unserer ach leider! allzufrüh unterge-
gangenen Sonnen hohe Ankunft erzehlet. Diese wohlgegrün-
dete Pyramis erhebt sich von ihrer Weite also Himmel an/
daß über der Spitze derselben ein Adler mit seinen Jungen sich
präsentiret mit der Beschrift: **Meine sind meiner**
Art. Und das ist eben der von allen Zeiten her immergrün-
nende Ruhm des Durchlauchtigsten Hauses Sachsen/ daß
von den Tapffern Stamm-Vätern desselben wiederum Tapffe-
re Helden gezeuget worden/ eben als wie die Heldenmüthigen
Adler nicht eine schüchterne Taube/ sondern ihres gleichen zu
zeugen pflegen. Schlagen wir die alten Geschicht-Bücher
auff/ so wissen ihrer viel aus selbigen zu reden/ von der unver-
gleichlichen Tapfferkeit des *Artarichi*, des *Futhonis* und
derer *Wittekinde*/ der ubraiten Sachsen Könige. Wer
verwundert sich nicht über die Wundergrossen Tugenden
Friderici I. des Streitbaren/ *Friderici II.* des Sanftmü-
thigen/ und *Friderici III.* des Weisen? Man erinnere
sich des *Alberti*, welchen viele/ ja der Reid selbst vor den Teut-
schen *Hectorem*, andere aber/ sonderlich der Soldat vor den
andern *Roland*, alle Durchlauchtigste Fürsten vor des Rö-
mischen Reichs rechte Hand/ ja der Großmächtigste Kaiser
vor den Vater und Beschützer der allgemeinen Wohlfahrt ge-
ehret: Man erinnere sich Herzog *Heinrichs* des Frommen/
des Tapffern *Alberti* Sohnes/ welcher bey Betrachtung
des Irdischen/ aber eifrigsten Streben nach dem Himmel/ in die-
ser Stadt/ so er vor andern sonderlich lieb gehabt/ zu der Hoch-
Fürstl. Begräbniß Capelle der Durchlauchtigsten *Chur-*
Fürsten zu Sachsen/ den ersten Grund-Stein gelegt: Man
erinnere sich Herzog *Johannis* des Standhafftigen/ wel-
cher Kaiser *Maximiliano* dem I. bey Eroberung der Stadt
Grigischweisenburg/ Kaiser *Carl* dem V. bey Belagerung der
Stadt *Marseille* seine Tapfferkeit/ bey der *Augsburgischen*
Con-

antiquæ suæ Virtutis in magno Nepotis sui animo stimulus reliquit, ut sui simillimum omnis coleret posteritas ! Quæ pulcherrima spes Patriæ, ut tantò felicius emicaret, atq; in ortus suos exurgeret lætissimè, nihil reliquum fecit *Principis Nostri Maximi Parens Maximus Johannes Georgius II.* quem Patriæ Patrem, Pium, Pacificum, Constantem nondum eluximus. Simul atq; enim pignus hoc cælestissimum, *Serenissima Princeps ac Domina, Domina Magdalena Sibylla Brandenburgica, Fœminarum Principum Fidei constantiâ & Amore Conjugis nemini secunda*, felici partu ediderat, omnis in hoc Ascanio rectè educando Parentis Optimi vigilabat cura. Unicus enimerat, & unicè dilectum *Celsissimæ Familiæ Albertinæ* fulcrum, solatium, incrementum. Eligebantur itaq; Viri piæ eruditionis gloriâ clarissimi longoq; rerum aulicarum usu exercitatissimi, qui generosam hanc stirpem cælestium præceptorum disciplinis imbuerent, & decoram ejus rectamq; proceritatem felici industriâ excitarent, ut hæres atq; successor Electoratus Saxonici aliquando evaderet dignissimus. Adjuvabat sollicitam educationis curam istorum temporum felicitas, quæ post innumera bellorum incendia, quibus Germania tantum non in cineres redacta videbatur, optimam rerum omnium pacem hisce terris, immò toti ferè orbi terrarum reddiderat. O quàm lætis tunc omnibus personabant omnia ! Triumphabant cives, gratulabantur exteri, Eum tranquillissimis pacis temporibus Saxonie cælitus donatum Juventutis Principem, qui instauratæ ab Avo pacis juxta cum Parente Maximo futurus sit defensor conservatorq; maximus. Sua quoq; omnibus istis atq; auguriis fides constitit. Annon enim quadraginta annorum pacem lætissimam Patria Nostra vidit, vidit vero ? Imò fartam etiam tectamq; subtantum Heroum clypeis obtinuit, cum alias regiones belli belua & quæ pestem hanc comitantur, calamitates tristissimæ vexarent devastarentq; ? Annon
in

Confession aber seines Glaubens unerschrockene Stand-
haftigkeit sehen lassen: Man erinnere sich Herzog Johann
Friedrichs / den die ganze Christenheit als des Creuzes Chri-
sti Paner Herrn und standhaftigsten Bekenner der Lutheri-
schen Lehre rühmet: Man erinnere sich Chur-Fürst Mori-
zens / der des betrengten Teutschlandes höchstglücklicher Camil-
lus, der Teutschen Freyheit Fürtrefflichster Ketter und Groß-
müthigster Erhalter der reinen Lehre gewesen: Man erinne-
re sich Chur-Fürst Augusti, dessen tapffere Weisheit / und an-
dere Hoch-Fürstl. Tugenden die Ehre erlanget / daß Er des Reichs
Herz / Hand und Auge genennet worden: Man erinnere sich
Chur-Fürst Christiani des I. Unsers höchstsel. Chur-Fürstens
Herrn Groß Groß Vaters / von dem die Historien melden / daß
die Natur alle Kräfte versucht / an demselben eines Frommen Re-
genten vollkommenes Muster sehen zu lassen / aber nur das ein-
zige betauern / daß sie durch das allzufrühe Absterben desselben
daran verhindert worden: Man erinnere sich aus dem vori-
gen Seculo anderer Helden mehr / die aus dem Hoch-Fürstli-
chen Brandenburgischen / Dänischen und Schwedischen Ge-
blütze mit dem Durchlauchtigsten Chur-Hause Sachsen be-
freundet; haben wir nicht an allen und ieden einen unerschro-
ckenen Heldenmuth und große Tapfferkeit hoch zu rühmen /
daß dahero gnugsam zu ersehen / wie viel müthige Adler Unser
Durchl. Chur-Fürst zehlen könne / aus deren Art zu schlagen
demselben niemahls zu Sinnen kommen. Sehen wir aber zu-
rück auff Unsers Sächsischen Helden Glorwürdigsten Herrn
Groß Vater / Chur-Fürst Johann George den I. Was
vor nachdrückliche Tugendreichungen hat derselbe in seines En-
ckels Helden-Muth hinterlassen / damit die Nach-Welt ihn als
seines gleichen zu ehren hätte. Damit nun solche dem lieben
Vaterlande zu großen Nutzen schön grünende Hoffnung desto
herrlicher herfür blühen und aufswachsen möchte / daran ließ
Unsers Durchl. Chur-Fürstens Durchlauchtigster Herr Va-
ter Chur-Fürst Johann George der II. den wir als unsern
Frommen / Friedfertigen und Religions eifrigen Landes Va-
ter noch immer zu betrauen / nichts nicht ermangeln. Denn
nachdem Die wegen ihrer Hochgepriesenen Gottseeligkeit und

in hunc usq; diem Fidei nostræ orthodoxia libero suo
gaudet exercitio, cum alibi aliorum conscientis duris-
simos injectos laqueos non sine dolore intelleximus.
Sic ergo Noster educabatur non inter arma, quamquam
armorum cupidissimum fovebat animum, sed inter al-
mæ potius pacis aureolas, quæ ipsum commoneface-
rent, quod non ferendis, sed avertendis bellis, confer-
vandæq; paci natus datusq; sit. Morem gerens taci-
to huic monito postquam prima, sed solida Pietatis, ac
veræ Fidei instillata ipsi fuerant fundamenta, adolescen-
tem statim ætatem ad eas disciplinas applicuit, quibus
& Sapiencia pacis, & Virtus armorum facile condisci-
tur. Non enim aures tantummodo adhibuit Magi-
stris rerum Politicarum arcanorumq; Imperii scientis-
simis, verum etiam arma tractandi peritiam ardentissi-
mo amore complecti cœpit. Hinc adeo mox in cir-
co, mox in campo, mox in palæstra exerceri, edereq;
heroicorum semper motuum specimina, maxime omni-
um diurni nocturniq; Ejus labores erant, in quibus pal-
mam quoque omnibus facile præripuit. Sæpè verò vena-
tum etiam exire, atq; agitatione ferarum robur expe-
riri corporis, habebat curæ. Noverat enim veterum
Heroum hæc fuisse instituta, his eos artibus imbutos,
ut cum fugacibus feris certarent cursu, cum callidis
astu, cum audacibus robore. Noverat venationem
quendam quasi Martium esse ludum, imaginem scho-
lamq; bellorum, ubi & animus acuitur, & corpus ad
patientiam laborum ac tempestatum confirmatur, qui-
bus durati solem deinde ac pulverem aliaq; incommo-
da in bellis perferre non recusant. His itaq; discipli-
nis à primo lacte innutritus dici non potest, quantâ
animi contentione ad rei militaris quoq; gloriam No-
ster adspiraverit. Quam ut tanto plenius consequere-
tur, nihil unquam prætermisit, quin ea condisceret o-
mnia, quæ supremum belli Ducem perficiunt. Jam-
jam cognitum quoq; perspectumq; habebat, quomo-
do miles exercendus, quomodo castra metanda, quo-
modo

Liebe gegen ihren Gemahl unvergleichliche Landes Mutter
aus dem Durchl. Hause Brandenburg herstammende Durchl.
Fürstin und Frau/ Frau Magdalena Sibylla dieses von
Himmel bescherte Eheliche Liebes-Pfand glücklich an das Licht
dieser Welt geleget ; Da sorgte alsobald das Hoch-Fürstl.
Vater-Hertz/ daß dieser liebe Ascanius wohl möchte erzogen
werden. Denn Er war der einzige/und einig Hochgeliebte Stük-
ke/ Trost/ und Wachsthum der Durchlauchtigsten Albertini-
schen Linie. Hierzu wurden demnach nicht gemeine/ sondern
wegen Christlicher Gelehrsamkeit/ und in Staatsfachen sonder-
bahrer Erfahrungheit Hochberühmte Leute erkieset / die diesen
Edlen Zweig mit ihren heilsamen Unterricht zu einer höchst-
erfreulichen Aufschwung befördern solten/ damit Er dem Herrn
Vater in der Durchl. Sächsischen Ehr- Würde höchstwür-
dig nachfolgen möchte. Zu dieser sorgfältigst angestellter Er-
ziehung hülffen auch die damahls glückseligen Zeiten/da nach so
vielen Kriegs-Flammen/ die ganz Teutschland fast in die Asche
gelegt hatten/ nicht nur diesen Landen/ sondern auch dem gan-
zen Römischen Reiche das edle Friedens Kleinod wieder her-
für schimmerte. Was vor fröliche Weissagungen wurden
nicht damahls an allen Orten gehöret ? Da frolocteten alle
Untertanen/ da freueten sich auch die Ausländer/ daß zu den
gerublichsten Friedens-Zeiten der gütige Himmel dem Durchl.
Ehr-Hause Sachsen einen Brink bescheret/ welcher des von
dem Herrn Groß Vater gestifteten Friedens nebst dem Durchl.
Herrn Vater mächtiger Beschützer und Erhalter seyn würde.
Welche höchstangenehme Propheceyungen und guten Wünt-
sche in der That hernach erfüllet worden. Denn hat nicht un-
ser geliebtes Vaterland in die 40. Jahr hero des edlen Friedens
genossen/ nicht nur aber genossen/ sondern auch unter dem Schutz
und Schirm eines so grossen Helden ungekräncket behalten/da
in andern Ländern der grimmige Krieg/ und andere darauff
folgende Plagen hausieret/ und selbige fast verwüestet ? Geneust
nicht unsere reine Religion noch auff den heutigen Tag ihr
freyes Exercitium, da wir hingegen wehmüthigst vernom-
men/ daß an andern Orten die Gewissen mit harten Zwang
belegert und angestrenget werden. Also wurde demnach Unser
Durchl.

§

Durchl.

modo acies instruenda, quomodo expugnandis urbibus castellisque catapultæ ignivomæ admovendæ, quomodo hostibus obsepienda itinera, & quæ id generis plura & prudens & felix belli gerendi ratio requirit. Hoc tantummodò *Principis Nostri* indoluit *Heroicus spiritus*, quòd nulli tunc essent, vel pacis, vel rei publicæ turbatores, in quibus posset maximæ suæ indolis specimina edere. Interjecto verò tempore Divina humanarum rerum moderatrix Providentia Heroi Nostro aliud bellum, sed bellissimum, Amoris videlicet castissimi, cum *Serenissima Principe ac Domina, Domina ANNA SOPHIA, Nata Regia Principe Hæreditaria Norvagiæ, Wandalorum & Gothorum, Seculi hujus Heroïna Maxima* in Eundem destinaverat. In quâ jucunda & amicabili militia, tantâ usus est felicitate, ut exoptatissimæ Victoriæ quasi pignora, duos ex Illa *Serenissimos Inventutis Principes JOHANNEM GEORGIUM IV. & FRIDERICUM AUGUSTUM* susciperet, de quibus Noster Heroum Saxonorum Aquila gloriari verissimè potuit: *MEI, inqviens, NON DEGENERANT.* Sed hîc desinit primæ Pyramidis inscriptio Divi Nostri *JOHANNIS GEORGII III.* perennibus laudibus destinata.

Ecce nunc alteram Pyramidem, multò majori altitudine rerumque inscriptarum copiâ se efferentem. Utpote in cujus sublimi apice Leonem conspicamur, cui lemmatis vicem isthæc aureis literis consignata verba circumvolitant: *CEDO NULLI.* Atque hîc quidem non arbitror opus esse ambitiosâ verborum supellectile ad interpretandum, quid in hac Pyramide symbolum Leonis sibi velit. Si enim mentis nostræ aciem reflectimus ad illustrissima *Serenissimæ Domûs Saxonicæ* insignia, nonnè præter Aquilas, quas prima nobis Pyramis exhibuit, in omnibus ferè campis fortissimos etiam

Durchl. Thur. Fürst nicht im Kriege/ wiewohl er einen zum
Kriege erfordereten Tapffern Helden Muth in seinen Herze trug
und hegte/ sondern unter den schönen Friedens Palmen erzogen/
zur Erinnerung/ daß Er von Gott bescheret sey/ nicht neue Kriege
zu erregen/ sondern vielmehr abzuwenden und den Hochtheuren
Frieden in seinen Landen zu erhalten. Dieser geheimten guten
Erinnerung folgte Er auch gar willigst und legte die Jahre sei-
ner blühenden Jugend/ nachdem Er den Grund der wahren Gott-
seligkeit gefasset/ alsobald an zur Erlernung der jenigen Wis-
senschafften/ die so wohl in Friedens als Kriegszeiten zu wissen
einem Hohen Potentaten anstehen. Er hörte nicht nur gerne
die in klugen Policcy- und Hoffwesen/ kundige Herren Rätthe/
sondern war auch sonderlich begierig den Krieg verstehen zu ler-
nen. Dahero es auch geschah/ daß Er bald auff der Renn-
Bahne/ bald in freyen Felde/ bald auff dem Fecht-Boden sich fin-
den ließe/ und fast Tag und Nacht darauff bedacht war/ daß Er
seines Hochpreißlichen Wieldemuths eine Probe nach der andern
ablegen/ und allen andern seines gleichen es zuvor thun möchte.
Oftt begab Er sich hinaus auff die Jagten/ und versuchte da bey
Hekung allerhand wilden Thiere seine unermüdete Leibes-
Stärke. Denn Er wuste wohl/ daß dieses der alten Sachsen
Helden stete Gewohnheit gewesen/ bey den Jagten zu erlernen/
wie sie das schnellste Wild an rennen/ das verschlagenste an Klug-
heit/ und das grimmigste an Stärke übertreffen möchten. Er wu-
ste wohl/ daß die Jagt eine Kriegs-Schule sey/ darinnen nicht
nur der Verstand geschärfft/ sondern auch der Leib zur Ertragung
allerley Mühe und Arbeit gleichsam gehärtet und feste gemacht
wird/ daß man hernach weder der Sonnen-Hitze/ noch den Staub
der Erden/ noch andere im Kriege sich ereignende Unlust wenig
achtet. Gleich wie Er demnach hierzu von der zartesten Jugend
an erzogen worden/ also ist mit Worten nicht auszusprechen/
wie eifrigst Er sich bemühet/ auch in den Kriegs-Wissenschafften
einen ewigen Ruhm zu erlangen. Dahero Er denn nicht unter-
lassen alle dasjenige zu erlernen/ was einen Feld-Obristen und
General vollkommen zu machen pfeleget/ und Er hatte auch all-
bereit begriffen/ wie ein Soldat zu mustern/ Feld-Läger auff-
zuschlagen/ eine Schlacht-Ordnung zu stellen/ zur Eroberung ei-
ner

etiam Leones conspicias ? Leonum autem genere
quid erectius, quid vigilantius, quid robustius, quid
animosius, quid terribilius ? Intelligitis itaque, Au-
ditores, quot & quænam Virtutum Celsissimarum
Præconia in Leone Nostro Saxonico nobis hæc
Pyramis ex ore Famæ plenissimo repetenda sistat.
Nimirum tantâ & Magnanimitatis & Fortitudinis
laude Heros Noster inter ævi sui Principes eminuit,
ut exteris æquè ac Germaniæ Proceribus omnibus
Leonino esse vultu & pectore semper visus fuerit.
Num verò (quod fortè obstrepere hic quisquam
posset) præter istas geminas Virtutes nullam in No-
stro Principe Saxone admirari licet ? O insulsam
argumentandi ratiunculam ! Ecquis enim à Sapi-
entiæ studio ita exulat, ut Virtutes sororio quasi
vinculo inter se connexas aut ignoret, aut im-
pugnet ? Non ita sanè, non ita Princeps Noster se
vel magnanimum vel fortem præstitit, ut reliquas
Virtutes Summo Principe dignissimas susque deque
habuerit. Prodeant veræ religionis Antistites,
nonnè in Principe Nostro admirabuntur studium
pro aris nostris pugnandi ferventissimum ? Pro-
deant cives, nonnè Amorem in suos totum Ejus
pectus implevisse prædicabunt ? Prodeant ex ci-
vibus nocentes, nonnè Clementiam Ejus celebra-
bunt, quâ malorum maluit pœnitentiam, quàm
pœnam ? Prodeant inopes & vel annonæ gravi-
tate, vel incendiis vel oneribus exhausti, nonnè
munificam Ejus manum summis in cœlum laudibus
efferent ? Prodeant civium civitates, nonnè Justi-
tiam Ejus omnibus æquam exosculabuntur subjectis-
simè, quâ sua quibusque privilegia facta tecta que
esse voluit ? Prodeant Clementiâ Principum sæpe-
numerò insolentiùs abutentes, nonnè contestabun-
tur, quòd clementissimum Principis Nostri animum
nunquam regia ita deseruerit Severitas, ut Potesta-
tis suæ contemptores, quâ valuit potentiâ & vi fan-
cta-

ner Stadt/ oder Festung die grossen Stücken und Feuer-Mör-
sel zurichten/ dem Feinde den Paß zuverhauen/ und was etwan
mehr vor Nothwendigkeiten einen Krieg klüglich und glücklich
zuführen erfordert werden. Nur dieses betauete Unsers Durch-
lauchtigsten Chur-Fürstens Helden Geist/ daß damals keine
Stöhrer des Edlen Land-Friedens/ und gemeiner Wohlfahrt vor-
handen/ denen Er eine Probe desselben hätte können unter die Na-
se reiben. Mittlerzeit aber war die Göttliche Vorsorge geschäft-
tig Ihm einen andern Krieg zu zeigen / nachdem Er sich mit der
letziger Zeit unvergleichlichen Tugend Heldin/ dem damals
Durchlauchtigsten Fräulein Fräulein Anna Sophia / gebohr-
nen Königlichen Erb-Prinzessin der Norwegen/ Wenden
und Gothen/ in einen Hoch-Fürstlichen Keuschen Liebes Kampff
eingelassen hatte. Bey welchen Er auch so glückselig gewesen/
daß Er zwey Hoch-Fürstliche Siegs- und Liebes Pfänder von
derselben Ihm zur Beute worden/ nehmlich/ zweene Durch-
lauchtigste Prinzen/ Herzog Johann Georg der IV. und
Herzog Friedrich Augustus. Von denen Unser unter den Sach-
sen-Helden Großmüthigster Adler mit Bestande der Wahrheit
auch rühmen und sagen können : **Meine Prinzen sind
meiner Art.** Und hier endet sich die Schrift/ so auff der er-
sten Pyramide zu lesen stunde/ welche dem unverwelcklichen Lobe
Unsers höchstseeligen Chur-Fürstens gewiedmet worden.

Nun folget der andere Pfeiler/ der weit höher und mit meh-
rern denckwürdigen Geschichten bezeichnet sich herfür thut. Denn
über der hohen Spitze desselben erblicken wir einen Löwen/ umb
welchen diese mit güldenen Buchstaben geschriebene Worte gleich-
sam herum flogen/ **Ich weiche keinen.** Halte aber nicht
dafür/ daß hier große Weitläufftigkeit von nöthen sey/ zu erklären/
was mit dem Löwen-Bilde auff dieser Pyramide angedeutet
werde. Denn wenn wir ansehen des Durchlauchtigsten Hauses
Sachsen Hoch-Fürstl. Wapen/ sind nicht ausser den Adlern/ der-
gleichen uns die erste Pyramis gewiesen/ fast in allen Feldern
auch die Tapffern Löwen zubefinden? Was ist aber freudiger/
was munterer / was stärker/ was herzhafftiger/ was ansehnli-
cher

Et non compesceret ? Prodeant Summates cum infimatibus, nonne quamdevotissime venerabuntur auctoritatem majestatemque, illam amoris ac potentiae filiam, quam sociali tamen facilitate ita Noster condiit, non ut se minoribus, sed minores sibi peraeqvaverit ? Prodeant fidei publicae profligatores, nonne pudore se fatebuntur suffulos, cum recordantur, eam, ut promissorum arrham, tam sancte Nostrum custodivisse, ut foedifragis etiam hostibus infractam servarit fidem ?

Sed agite revertamur ex pulcherrima istarum Virtutum corona ad Magnanimitatem & Fortitudinem, quas Leonis Nostri Saxonici proprias fuisse ipsa invidia loquitur. Nimirum vix ille Augustissimi sui Thalami expertus erat foecunditatem; vix Parentibus Serenissimis duos ex Serenissima Conjuge Nepotes exosculandos dederat, vix Sacrum Imperium Ottomanicos terrores superaverat; cum nescio quibus furiis agitabatur Rex Christianissimus, ut justo latius regnandi cupiditate allectus fidem omnem humanitatemque, Virtutes Christianissimas, exueret, Rhenique accolae armis suis perterrefaceret infestissimis. Quid vero ad haec Leo Noster Saxonicus ? num, quod vulgo de Leonibus perhibent, ad Galli istius cantum forsitan expavit ? minime omnium; sed magnus Leonis Nostri animus cantu isto Gallico excitatus magis magisque gliscere & emicare coepit. Neque ardori suo animi Magnitudinem ipsa re demonstrandi defuit occasio. Simulatque enim *Augustissimus Imperator Noster Leopoldus* suffragantibus multis Germaniae Principibus in Conventu Egrano bellum adversus Galli insolentiam decreverat, statim eminentissima Saxoniae Nostri animi Magnitudo tanti aestimata fuit, ut supremum locum tenentis honore maectaretur. Quem primum gradum capeffendi in bello

im-

ther als ein Löwe? So verstehet ihr demnach/ Hochgeehrteste
Anwesende/ was vor Hoch-Fürstliche Tugenden an Unsern Säch-
sischen Löwen wir zu wiederholen und aus dem vollen Munde
der Fama nachzusprechen haben. Nehmlich das Lob der Groß-
müthigkeit und Tapfferkeit Unsers Durchlauchtigsten Chur-
Fürstens/ worinnen derselbe andere Hohe Häupter seiner Zeit
übertroffen/ ist so groß/ daß beydes inn- und außwertige Po-
tentaten an Ihn ein dem Löwen gleich Majestätisches Ansehen/
wie auch einen unerschrockenen Löwen-Muth verspüret. Haben
wir aber denn (welches hierbey vielleicht könnte eingewendet wer-
den) aufer diesen zwo Tugenden keine mehr an Unsern Durchl.
Churfl. zu loben? Mit nichten/ denn wer ist doch in der Weisen
Sitten-Lehre so gar frembde und unerfahren/ der nicht wisse o-
der gar darwieder streite/ daß die gesamten Tugenden als wie
leibliche Schwestern mit einander verbunden? Nicht hat Unser
Durchl. Chur-Fürst sich theils Großmüthig/ theils Tapffer und
unerschrocken sehen lassen/ daß Er die andern Hoch-Fürstlichen
Tugenden solte beyseite gesetzt haben. Man lasse aufstretten
die Lehrer in Kirchen und Schulen/ werden sie nicht unsern Für-
sten loben müssen wegen seines ungemeynen Eifers vor die reine
Religion zu streiten? Man höre die Unterthanen/ werden sie
nicht seine Landes Väterliche Huld und Liebe zu rühmen haben?
Man höre die/ so jemahls wieder ihre Pflicht etwan gehandelt
und ein und das andere verbrochen/ werden sie nicht seine Gnade
und Gütigkeit heraus streichen/ daß Er lieber der Verbrecher
Busse gewünschet/ als dieselben mit harter Straffe belegt wis-
sen wollen. Man höre die entweder durch theuere Zeiten/ oder
Brandschaden oder andere Beschwerden erschöpfft/ und in
grosse Dürfftigkeit gerathen/ werden sie nicht seine Mildigkeit
Himmel hoch erheben? Man höre grosse und kleine Städte/ wer-
den sie nicht seine Gerechtigkeit ganz unterthänigst küßen/ daß
Er iede bey ihren privilegiis gelassen? Man höre auch die/ so
grosser Herren Gnade manchmahl mißbrauchen/ werden sie nicht
bezeugen/ daß von der Gütigkeit Unsers Durchl. Chur-Für-
stens die Ernsthaftigkeit niemahls so entsondert gewesen/ daß Er
nicht nach seiner von Gott Ihm verliehenen Macht und Gewalt
derselben angemaste Freyheit solte unterbrochen haben? Man
höre

imperii non aspernatus, quamplurimis deinde Imperatoriis Virtutibus ut ornaret, operam dedit diligentissimam. Neque enim tantum cohortes Electoratus Saxonici subsidiarias Ipse in aciem adversus foedifragum, pacisque publicæ turbatorem Gallum eduxit, verum etiam præliis in Mummenheimensium & Sunicorum campis tanta interfuit Virtute, ut ad Ejus pugnare exemplum ipse hostis militem suum extimularet.

Sopiverat istas turbas Pax Neomagienfis, afflictæ Germaniæ tanto optatior, quanto majori eam belli Gallici mole sublevare credebatur. At verò nova se mox ingerebant mala, quæ magnum Leonis Nostri Saxonici animum exercerent. Nimirum belli pedissequa tristissima, (ô si nunquam nomen ejus nobis innotuisset!) quam populorum pestem perniciemque vocant, has etiam eheu! regiones afflaverat, quibus vastitatem minabatur, nisi precibus piorum ardentissimis exorata intercessisset Divina Clementia. Auxerat verò istam calamitatem *Maximi Parentis*, nempe *Serenissimi ac Potentissimi Domini, Domini JOHANNIS GEORGII II. Electoris Saxonis* excessus ex hac vita luctuosissimus, quem hæc urbs nostra eò sensit acerbius, quòd intra mœnia sua Patrem Patriæ tam benignum, tamque pacificum seculi nostri Salomonem extinctum cerneret. Inter tot ergo tristissima fata tunc constitutum Principem Nostrium, Electoralis Dignitatis hæredem, quo animo quæso fuisse quis existimet? an fracto? an imbecilli? an timido? Non ita sanè Saxoniae Principes animati, sed erecti semper ac imperterriti infra se omnia humana ducere consueverunt, instar saxi, quod in mari eminent contra omnes oblatantium fluctuum incurfus inconcussus manet. Et sic Noster quoque animi sui Magnitudine & Constantia sicut nubila ista, ita quæ-

höre Hohe und Niedrige/ werden sie nicht mit tieffster Ehrerbie-
tigkeit seine Hoch-Fürstl. Autorität/ als der Liebe und Furcht bey
den Unterthanen liebe Tochter/ hoch æstimiren/ die Er doch mit
solcher Holdseligkeit zu verwechseln wuste/ daß Er auch die ge-
ringern neben sich nicht verachtet? Man höre die treulosen
Verächter und Zerstörer aller Teutschen Treue und Aufrich-
tigkeit/ werden sie sich nicht schämen müssen/ wenn sie sicherin-
nern/ daß die alte Treue/ als aller Zusagen hochtheures Pfand/
Unser Durchl. Chur-Fürst so steiff und eiffrig geliebet/ daß Er
auch seinen Eyd- und Bundbrüchigen Feinden Treu und Glau-
ben höchstbeständig gehalten? Aber wir kommen billich wieder
auff die sonderbahre Großmüthigkeit und Tapfferkeit Unserß
Hochtheuren Chur-Fürstens/ als die/ nach des giftigen Reides
selbst eigener Aussage/ eben die jenigen Tugenden sind/ welche Un-
sern Sächsischen Löwen gleichsam zu eigen worden. Kaum hat-
te denselben ein erwünschter Ehe-Seege erfreuet/ kaum hatte
Er denen Durchl. Eltern von seiner Durchl. Gemahlin zweene
Durchl. Brinken in die Schoß gelegt/ kaum hatte das Römische
Reich das grosse Schrecken von dem sich erhobenen Türcken-Krie-
ge überwunden/ da der sonst Allerchristl. König durch Antrieb
der höllischen Furien aus einer ungeziemenden Regierfucht die
Allerchristlichsten Tugenden/ nehmlich alle Treue/ und menschl.
Erbarinnuß aus den Augen setzte/ und die Inwohner am Rhein-
strom mit seinen feindlichen Waffen überfiel. Was that hier-
bey Unser Sächsischer Löwe? Erschrack Er etwan darvor/ wie
erzehlet wird/ daß sonst die Löwen von den Hahngeschrey er-
schrecken? Nein keines weges/ sondern sein Tapfferer Löwenmuth
wurde durch dasselbe Frankösische Hahngeschrey vielmehr auff-
geweckt/ daß Er demselben seine Unerbrochenheit zuzeigen ver-
langet/ darzu Er auch gute Gelegenheit hatte. Denn so bald der
Allerdurchlauchtigste und Großmächtigste Kayser Leopoldus
nebst andern Reichß Fürsten auff dem Convent-Tage zu Eger
des Frankosens Hochmuth zu bestreiten entschlossen/ da wurde
alsobald auch Unserß Durchl. Chur-Fürstens Tapfferer Helden-
Muth in so hohen Werth gezogen/ daß Jhn Kayserl. Majestät
mit der Ehren-Stelle des General Leutenants bekleidete.
Diese hohe Kriegs Charge, wie Er sie nicht aufschlug/ also ließ

S

Er

quævis alia adversa vincere noverat, utpote quibus tanta animi fortissimi opponebat robora, ut generosissimæ Indoli exserendæ exercendæque Virtuti nequaquam impedimentum atque mora esse valerent.

Cùm enim ad Providentiæ Divinæ, imperiorum moderatricis, nutum *DIVO JOHANNI GEORGIO II.* tanquam fesso Atlanti Alcides integer succederet, suisque ipse auspiciis Saxoniam regere cœpisset, eam statim regiminis sui primam curam habuit, ut nullo ne mortis quidem metu perterritus unicè tuendam salutem Patriæ susciperet, veræque Religionis & Justitiæ propagandæ, imò Pacis etiam servandæ studium toti Orbi Imperanti immortalibus factis probaret. Vix enim tres anni præterlapsi erant, cùm Ottomanorum sceptri potentissimus Turca, hostis in eos, qui Christi Nomen profitentur, barbarâ feritate omnium crudelissimè sæviens, rupto induciarum vinculo, totam ferè Pannoniam rapidissimi instar torrentis copiis suis inundare ipsunquæ adeò Austriæ ocellum, Augustissimi Imperatoris sedem & Germanæ libertatis propugnaculum obsidione munitionibusque premere cœperat. Neque exprimi verbis potest, quanto Germania tunc pavore perculsa fuerit; jam jam enim cervicibus suis imminere acinaces Turcicos metuebant omnes. At enim verò quamvis aliorum dextræ in ista Turcorum audacia torpescere viderentur; Nostro tamen inter hos tantos tumores rerum & ancipitia magis magisque crescebat animus cum eo congregiendi hoste, quo victo depulsoque, non Germaniæ tantum, sed & toti Europæ Pax & Tranquillitas reddi posse crede-
ba-

Er Ihm auch höchst angelegen seyn/ daß Er selbige mit allen
höchstanständigen Tugenden zieren möchte. Denn Er führte die
Chur-Sächs. Auxiliar-Bölcker selbst in eigener Hoher Person
wieder den Endbrüchigen allgemeinen Friedensstörer/ den Fran-
kosen/ nicht nur zu Felde/ sondern hielte sich auch in beyden Tref-
fen/ bey Münnenheim und Sünkenheim dermassen Tapffer/ daß
der Feind selbst seinen Soldaten desselben Tapfferkeit zum Exem-
pel fürstellte. Dieselbe Kriegs-Troublen hatte zwar der Nie-
mägische Friede/ der dem betrübtten Deutschlande desto erfreu-
licher war/ ie mehr Er dasselbe der Last des Frankösischen Krie-
ges zubefreyen schiene/ in etwas gestillet. Aber bald darauff er-
eignete sich ein neues Unglück/ welches den unerschrockenen Lö-
wen-Muth Unseres Durchl. Heldens auff die Probe zusehen ver-
suchte. Denn des leidigen Krieges abscheuliche Nachtreterin (ach
wenn doch niemahls ihr Nahme unter uns bekant worden wä-
re/) welche man die Pest und gröste Landplage nennet/ hatte
auch diese Lande mit ihren Gift angehauchet umb dieselbige zu
verwüsten/ wenn nicht die unermessliche Gnade Gottes auff ge-
schehene Fürbitte frommer Christen derselben einen starcken Ein-
halt gethan hätte. Diese Noth vermehrete auch des Durchl.
Fürsten und Herrn/ Herrn Johann George des II. Hoch-
preißlichen Chur-Fürstens zu Sachsen 2c. uns allen höchstbe-
trübter Hintrit/ den diese Stadt desto schmerzlicher empfunden/
weil sie sehen muste/ daß derselbe Höchstgütige Landes Va-
ter und Friedfertige Salomon unserer Zeiten innerhalb ihren
Ringmauern Todes verblichen. Wie solte derowegen bey so vie-
lerley traurigen Begebenheiten/ Unsern damahligen Durchl.
Chur-Prinzen wohl zu Muth gewesen seyn? Hat Er etwan
kleinlaut/ oder verzagt/ oder schüchtern und furchtsam sich er-
wiesen? Nein/ die Theuren Fürsten von Sachsen sind keines we-
ges also geartet/ sondern Sie bezeugen sich wieder allerley Mensch-
liche Zufälle iederzeit freudig/ und unerschrocken/ nach Art eines
aus dem Meere herfür ragenden Felsens/ den die wilden Fluten
und Wellen nicht zerschlagen können. Und also wuste auch Un-
ser Durchl. Chur-Fürst aller Biederwertigkeiten gewaltigen
Sturm auff's tapfferste und standhaftigste zu überwinden/ als
denen Er einen so starcken und grossen Helden-Muth entgegen

batur. Ad nutum igitur Cæsareæ Majestatis statim cum milite suo exercitatissimo advolare, pressisque obsidione arctissima juxta cum cæteris Potentissimis Sacri Imperii Principibus maturare opem noctesque diesque in consilio habebat, ratus nunc auspiciatissimum adesse diem, quo nuper accepti Gladii sui Electoralis fulgorem orbis Christiani infensissimis hostibus offundere, eosdemque prostrernere liceret.

Quibus ausibus, implorato DEI auxilio, sic etiam cœlestissimi Numinis obstetricabatur Clementia, ut, quemadmodum Leone rugiente quævis bestia aut obmutescunt aut fugiunt ; ita ad Nostri Leonis Saxonici armorum strepitum ignitorumque globulorum crepitum Goliathus Turcicus animo caderet, & ingenti suorum cæde facta fugam turpissimam capefferet. Primus enim Nolter affuit, primus Cœcii montis aditus occupavit, primus percussos subitâ aggressionem barbaros alios cedere, alios cadere conspexit, primus liberandæ Vindobonæ opitulatur extitit, primus uno hoc prælio auspiciatissimo à capitibus nostris & omni posteritate à Tyranno Turcico denunciatum exitium avertit. Quamquam verò non defuere, quos eminentis fortunæ individua comes invidia forsitan instigaverat, ut gloriam hujus victoriæ illustrissimæ Heroi Nostro interverterent, minuerentque ; ipsam tamen istam invidiam argutissimè, sed verissimè omnium refellit compescuitque Antonius de Amadoris, in Panegyrico suo, quem Romæ Potentissimo Regi Poloniæ dixit, inter alia his usus verbis : *Non detrectavere pugnam Barbari, quorum ardorem & primum belli impetum fortissimi*

mi

setzte/ daß Ihn nichts auffzubalten vermochte/ seine Tapfferkeit
bey noch mehrern und wichtigeren Vorfällen sehen zulassen.
Denn als nach Gottes allweisen Rath und Willen Er Dem
Höchstseeligsten Herrn Vater/ Chur-Fürst Johann George
dem II. gleich als ein anderer Hercules dem ermüdeten Atlan-
ti, in Pluff- und Annehmung der Regierungs Sorgen succedi-
ren solte/ auch nun allbereit die Regierung angetreten hatte/da
war diß alsobald seine vornehmste Sorge/ daß Er keine/ auch
des Todes-Furcht sich nicht abschrecken ließ/ die allgemeine Wohl-
fahrt des Vater-Lands in Schutz zunehmen/ und allen Poten-
taten in der Welt zu bezeugen/ daß Er die reine Religion, Recht/
und Gerechtigkeit/ wie auch den Edlen Frieden zu erhalten sich
werde iederzeit unverdrossen finden lassen. Denn es waren kaum
drey Jahr verlossen/ als der allergrausamste Christen-Feind der
Türcke/ den gemachten Stillstand der Waffen gebrochen/ und
fast gantz Ungar-Land mit seiner Krieges Macht gleich einer
starcken Fluth überschweemet/ und die berühmte Kaiserl. Re-
sidenz Stadt Wien in Oesterreich/ der Deutschen seitherige
starcke Schutz-Mauer feindlich überfallen/ und hart belagert
hatte. Ist auch mit Worten nicht auszusprechen/ in was vor gro-
se Furcht und Schrecken dieselbe Belagerung gantz Deutschland
gesetzt/ denn es meinete jedermann/ als ob Er die Türkischen Ge-
bel über seinen Haupte schon blinken sehe. Allein ob gleich anderer
ihre Muth bey demselben verwegenen Ansätze der Türcken in etwas
zu sinken schiene/ so wuchs dennoch bey diesen höchst gefährlichen
Zustande Unsern Durchl. Chur-Fürsten der Muth immer grö-
ßer/ an den jenigen Feind sich zu wagen/ durch dessen Abtreibung
oder Erlegung nicht nur Deutschland/ sondern gantz Europa
wiederum in gewünschten Frieden würde können gesetzt werden.
War demnach eifrigst dahin bedacht/ auff Ihrer Kaiserl. Ma-
jestät ersten Wink also bald mit seinen wohl Exercirten Böl-
ckern zu Felde zugehen/ und das hart belagerte Wien nebenst an-
dern Hohen Potentaten und Allirten des Römischen Reichs
auffß schleunigste zu entsetzen/ vermeinende/ Er habe iekzo die beste
Gelegenheit in Händen/ mit dem durchdringenden Strahl seines
nur neulich angegürteten Chur-Schwerds dem abgesagtesten
Feinde der Christenheit unter die Augen zu leuchten/ und selbigen

mi Saxones exceperè, qui tanquam pro modo
Virtutis, fortunæ gradus deberetur, prima in
acie constituti, illatis ultrò acceptisque vulneri-
bus in vestigio quisque suo, famæque superstites
cecidere, haud indigni illius imperio Principis, à
quo gloriosissimè ducebantur. O auream laudis
honorisque adorem! O invidiâ omni majorem
gloriam!

Sed hic nondum Heroi nostro exercendæ
Virtutis terminus constitutus erat. Ille enim
ut plus ultra, quo Imperator Carolus V. olim
utebatur Symbolo, immortale Nominis sui decus
extenderet, non destitit reliquos vel Orthodo-
xam Fidem vel Germanorum Libertatem allatran-
tes hostes armorum suorum vi perterrefacere.
Prospero enim ductu ex Turcis partâ victoriâ,
quicquid postea vixit, omne id temporis non
molli otio aut torpido destinavit somno, sed
vel itineribus summa cum dignitate susceptis, vel
venationibus belli præludiis, vel rei profuturis
publicæ consiliis impendit. Magis tamen fo-
ris, quàm domi egregiæ Virtutis suæ facinora
spectatum dare voluit, Leonum more, qui sub
dio potius & apertè, quàm caveis inclusi robo-
ris sui vim & impetum ostendunt. Tantum
igitur abest, ut novi bellorum turbines, quos
paucis interjectis annis contra omne Naturæ &
Gentium fas in Rheni, Mœniqve finibus Galli
excitaverat insolentia, animum Principis Nostri
fregerint, ut erexerint maximè, atque accen-
derint. Quippe qui nihil magis in votis habe-
re consueverat, quàm ut ferocientis Galli super-
bas cristas evellere, & Germaniam ab infestis
ejus insultibus porrò defendere potentissimè sibi
lice-

aus dem Felde zu schlagen. Solchen Tapffern Fürnehmen kam auch/auff vorher geschene Anrufung/ des Allerhöchsten Gnade und treuer Beystand der massen zu statten/ daß gleich wie auff des Löwen brüllen/ alle grausame wilden Thiere entweder verstummen/ oder sich verstecken/ also auch der Türckische Goliath/ da er von Unseres Chursächsischen Löwen seiner Armee das Knallen der Granaten und Karttaunen gehöret/ seinen stolcken Muth alsobald fallen ließ/ und mit grosser Einbusse der Seinigen eine höchstschimpffliche Flucht ergreifen mußte. Denn Unser Durchl. Chur-Fürst war der erste unter denen/ die den Bestrengten zu Hülffe kamen/ der erste/ der den Kahlen Berg bestiege/ der erste/ der den erschrockenen Feind angrieff/ daß Er hier und da etliche das Feld räumen/ etliche von dem Schwerd niedergehauen vor sich liegen sahe. Er war der erste Entseker der belagerten Stadt Wien/ auch unter allen der erste/ der durch dasselbe glückliche Zreffen das von dem Türckischen Blut-Hunde gedrohet Verderben von uns und unsern Nachkommen gewaltiglich abgetrieben. Ob nun wohl der Neid als eines grossen Glücks steter Gefehrde/ ihrer viel auffgehelt hatte/ die Unseres Durchl. Chur-Fürstens bey derselben Action erworbenen unsterblichen Ruhm unter brechen und schwächen solten/ so hat doch dieselben neidischen Zungen ein berühmter Italiäner/ mit Namen Antonius de Amadoris in seinen Panegyrico, den Er zu Rom dem Großmächtigen Könige in Pohlen zu Ehren gehalten/ mit grossen Nachdruck und Bestande der Wahrheit in nachfolgenden Worten zur Gnüge wiederleget und eingetrieben: Die Türcken schlugen die ihnen zugemuthete Schlacht nicht aus/ deren erste Hitze und feurigen Eiffer die Tapffersten Sächsischen Soldaten ausblieten. Man hatte diese in Schlacht-Ordnung vorn an gestellt/ gleich als ob ihnen wegen ihrer ungemainer Herzhafftigkeit der erste Glücks- und Ehren-Stand gebührete. Sie fochten auch so Großmüthig/ daß sie nicht allein den auff sie ankommenden Feind zu erst mit ihren Gewehr bewillkometen/ sondern auch wie die Mauren stehende und umb keinen Fingerbreit zurück weichende/ zu ihren ewig wählenden unsterblichen Lobe das Leben endeten/ und sich also des Durchl. Fürstens Commando, der sie ruhmwürdigst anführere/ nicht unwürdig machten. O der Hochschätzbaren Ehre! O des über alle Neider sich weit empor schwingenden Ruhmes! Alleine dieselbige Action war noch nicht der Unsern Chur-Held zu Ausübung fernerer tapfferer Thaten

liceat. Etsi enim hostis ille in architectura
Consiliorum argutissimus atque vaferrimus, om-
nem mentis aciem eò coepit intendere, ut
Heröem Nostrum non tam minarum terriculamen-
tis, quæ jampridem Eum non flocci pendere ex-
pertus fuerat, quàm aureos pollicitando mon-
tes, ad partes suas pertraheret pelliceretque,
ne Sacri Romani Imperii castris se jungat, aut
Ipse exercitum adversus Gallorum machinationes
ducat; ea tamen Nostro fuit Constantia, ea
Fides erga Cæsarem Augustissimum, ea in com-
munem Patriam afflictissimam Pietas, ut omnes
Gallici Regis pollicitationes aspernaretur, omnes
litteras ad corrumpendum Serenissimum animum
ab eo missas vel non acciperet, vel non re-
signatas Cæsareæ Majestati ad amoliendam à se
omnem malæ fidei suspicionem perferendas tra-
deret.

Simul ac igitur primos fama rumores sparfe-
rat, foedifragum istum hostem infesta Rheni fi-
nibus signa intulisse, statim iis sese opposuit,
nihilque prius, nihil antiquius habuit, quàm ut
copiis suis, longo licet difficiliqve itinere edu-
ctis, infensissimi hostis conatus frangeret, urbes
verò ac regiones Rheno finitimas, sed tunc
ab omni ferè milite inopes, tegetet firmaret-
que. His confirmatis ad Mœnum progressus
est, auspicatoqve adventu suo, urbem clarissi-
mam, cujus salutem periclitari mens Ejus pro-
vida cernebat, metu periculoqve obsidionis libe-
ravit, vicinosqve formidinum terrore perculsos,
& tantum non prostratos erexit. Incolumi igi-
tur Francorum Vado relicto adituqve Mœni fir-
missimis præfidiis instructo, viam deinde ad Rhe-
num

gesetzter Bränk-Stein. Denn damit Er/nach Kaiser Karls des
V. Symbolo den unsterblichen Ruhm seines Nahmens immer
ie mehr und mehr vergrößern und weiter fortpflanzen möchte/
ließ Er nicht nach denen Feinden/ so entweder die Evangelische
Religion, oder die Teutsche Freyheit zu beunruhigen gedachten/
mit seiner Krieges-Macht entgegen zu gehen. Denn nachdem Er
durch seine glückliche Anführung den hochherrlichen Sieg von den
Türcken erhalten/ hat Er folgende Jahre nicht etwan mit eitlem
Müßiggang zugebracht/ sondern theils auff unterschiedliche
Hochstrühmliche Reisen in frembde Lande/ theils auff müß-
sames Jagen/ welches ein Vorspiel des Krieges zu achten/ theils
auch auff heilsame Rathschläge dem gemeinen Wesen zum Besten
angewendet. Doch wolte Er lieber außser-als innerhalb Landes
seine Tapffere Helden-Thaten darstellen/ nach Art der Löwen/
die eher und mehr untern freyen Himmel als in ihren Gehäusse
eingesperret die Macht ihrer Stärke sehen lassen. Dahero künften
die neuen Kriegs-Troubeln/ welche wenig Jahre hernach wie-
der das Natürliche und allgemeine Völcker-Recht am Rhein-
und Maayn-Ström der hochmüthige und trokige König von
Frankreich erhoben/ den tapffern Muth Unsers Durchl. Chur-
Fürstens nicht nur nicht brechen/ sondern machten ihn auch
noch weit müthiger und freudiger. Sintemal Er darbey nichts
liebers wünschte/ als daß Er das Glück haben möchte/ dem tro-
kigen Sahne die stolzen Federn zubezauffen und von dessen Feind-
lichen Anläufften das liebe Teutschland fernerweit mächtiglich
zubeschützen. Denn ob wohl dieser verschlagene und arglistige
Feind alle seine Sinne dahin angewendete/ daß Er Unfern Chur-
Helden nicht eben durch schreckliche Betrohungen/ deren Ver-
achtung Er schon längst von Ihm erfahren hatte/ als vielmehr
mit Versprechung grosser güldenen Berge/ auff seine Seite brin-
gen und dahin bereden möchte/ daß Er sich mit denen Kaiserl.
Reichs-Völkern nicht vereinigte/ oder selbst eine Armee wieder
der Frankosen Vornehmen zu Felde führete; So war doch Un-
sers Durchl. Chur-Fürstens beständige Treue gegen Ihre Kaiserl.
Majestät/ wie auch die Liebe gegen das beträngte Vaterland so
stark und mächtig/ daß Er alle ihre gethanene hohe Promissen
nichts achtete/ alle Brieffe aber/ die den Durchl. Helden-Muth zu

K

ver-

num communivit, trajectoqve flumine, cum Cæsare & Foederatis arma conjunxit, captâqve & recuperatâ Moguntiâ eam Fortitudinis laudem reportavit, quam nulla unquam obscuratura est oblivio, cives verò cum exteris æternùm admirabuntur.

Unde verò hic tantus in Heröe Nostro animus profectus est? Unde hic tantus animi vigor, ut nihil veritus, diesqve noctesqve perstando ac vigilando in armis, neqve accusaret, Solis æstum, neqve magnitudinem frigorum unquam, sed omnes cæli injurias non sine stupore omnium perferret? Quem obsecro fontem tantæ in eo Virtutis nominare fas est? Num fortè Heroicum indolis suæ ductum? num à Majoribus Potentissimis acceptam Fortitudinis gloriam? Accendere hæc quidem solent, sed non ante, quàm aliundè igneam accendendi vim acceperint. Itaque alius quærendus fons est, ex quo tot tantaqve animi generosissimi bona se effuderunt. Quis ille & quo nomine sit compellendus, ipse Divus Heros Noster Heroico Symbolo suo exprimit. Dum enim *JEHOVAM SUUM* esse credidit *VEXILLUM*, cui Sanctissima semper Fide adhæsit, ecquid aliud indicâsse nobis videtur, quàm à *DEO TRIUNO*, Supremo cœli terræqve Monarcha, veluti ab uberrimo omnium gratiarum fonte tot tantarumqve Virtutum divina munera profluxisse. Nimirum sicuti vexilla quoties eriguntur, militum animos erigunt, ut in campo pulverem, Solem, pluvias, hostilesqve globos ferre non recusent; ita Noster divinæ Gratia & Protectionis vexillo munitus, omnes belli molestias, omnes hosti-

um

verführen oder abwendig zu machen waren abgeschickt worden/
entweder gar nicht annahm / oder doch allen Argwohn eini-
ger Untreue und falschen Liebe von sich abzuleinen/ Ihrer Käy-
serl. Majestät unerbrochen überbringen ließ. So bald derowegen
das Gerüchte erschallete/ daß derselbe Sydbrüchige Feind/ die
Gränk Städte am Rhein mit Kriege überzogen/ that Er ihm also-
bald Tapffern Widerstand/ und bemühetete sich euserst/ daß Er
mit seinen Völkern/ wiewohl durch einen sehr weiten und be-
schwerlichen March des Feindes Beginnen unterbrechen/hinge-
gen aber die damahls fast von aller Miliz entblöseten Städte am
Rhein bedecken/ und in Schutz nehmen möchte. Nach diesen
wendete Er sich mit seinen Völkern auch gegen den Mayn-
Strom/ und befreyete die vornehmste Stadt desselben/
durch seinen Höchsterwüntschen Au-March von der
besorgten Belägerung/ und machte/ daß sie wiederum
frischen Muth schöpfen kunte. Als nun dieselbe von sothaner
Furcht befreyet/ und die Pässe am Mayn mit genugsamen Gar-
nisonen besetzt waren/ da versicherte Er sich auch des Weges an
den Rhein-Strom hinauff/ setzte mit seiner Armee darüber/ stieß
zu den Käyserl. und Allirten Völkern/ und trug bey Wiederer-
oberung der Stadt Mäink ein so grosses Lob seiner Heldenmü-
thigen Tapfferkeit davon/ daß es nimmermehr wird vergessen/
die Inwohner aber derselben nebenst vielen Ausländern auff ewig
in Verwunderung ziehen werden. Aber woher stammete denn
nun ein so grosser Muth in Unsern Sächsischen Ehr-Melden?
Woher kam denn die so wackere Munterkeit und Freudigkeit/
daß Er nichts befürchtende/ fast Tag und Nacht sich in seinen Har-
nisch sehen liesse/ und niemahls weder über Hitze noch Frost sich be-
schwerete/ sondern auch das ungestümste Wetter nicht ohne ieder-
manns erstaunen erdulden und austauren kunte? Was vor ei-
nen Brunnquell solcher ungemeynen Tapfferkeit soll ich hier wohl
nahmhafftig machen? Soll ich sagen/ daß Ihn sein Heroischer
Geist darzu angetrieben? oder hat Ihn etwa seiner Großmäch-
tigen Vorfahren unsterbliches Helden-Lob betrogen? Ja es pflegt
zwar wohl dergleichen ein edles Gemütthe anzufeuern/ aber nicht
eher/ bis es von Himmel die Entzündungs-Krafft bekommen.
Müssen derowegen einen andern Quell suchen/ aus welchen so

um insidias, omnes aëris injurias, aut æqvissimo animo pertulit, aut fortissimo risit atqve exsuperavit.

Idem Divinissimum vexillum Nostro quoque Heroi non defuit, cum ultimo admoveretur hosti, cum quo dimicaret fortissime. Jam enim novo copiarum trajectu proxima æstate Rhenum superaverat, reliquis incursionibus hostium remoram injecturus; sed eheu! mutato cursu mox in deterius mutari cœpit fortuna. Nempè Exercitum pariter & Ducem hujus Principem Electorem corporis æqvè ac animi viribus antea firmissimum gravissimus morbus invaserat, cui ut Æsculapiorum Senatus remedia quæreret commodiùs, ex castris ad Enzium fluvium in celeberrimæ Tubingensium civitatis Illustrissimum Collegium secessit, medius inter spem, metumque. Cum verò morbum istum statim continua febris malignâ cum lethargo augeri cerneret, fato suo reluctari noluit, sed in ægro corpore hospitem animam fortissimam mox Sacro - Sanctæ Cœnæ Dominicæ viatico instructam refectamque DEO Conditori & Redemptori suo placidissime reddidit, cujus solius gratiâ, non operum clarissimorum meritis æternam vitæ coelestis gloriam se consecuturum confidentissime sperabat. O beatissimum excessum, quo sub JEHOVÆ vexillo tam strenuè mortem, ultimum hostem superavit! O felicissimam mortem, quæ omnibus sive domi sive foris adhuc sustinendis laboribus non tam finem exoptatissimum imposuit, quàm eosdem ineffabili beatitudinis gloriâ coronavit.

Nos

hochherrlich tapffere Gemüths-Gaben in Ihm sich ergossen.
Wer derselbe Quell sey/ und wie Er heiße/ gibt Unser Höchstseelig-
ster Sachsen-Held mit seinem Heldenmäßigen Denck- und Wahl-
Spruche deutlich genug zuverstehen. Denn weil Er in wahren
Glauben sich iederzeit dessen versichert hielte/ daß der HERR sein
Panier sey/ was hat Er anders darmit andeuten wollen/ als daß
von dem Drey-Einigen GOTT/ dem allerhöchsten Monarchen
Himmels und der Erden/ so viel Fürstliche Tugenden über Ihn her-
abgeflossen. Nehmlich gleich wie die auffgerichteten Paniere und
Fähnlein die Gemüther der Soldaten auffrichteten/ daß sie zu Felde/
Staub/ Hitze/ Rebel/ Frost/ Regen/ und feindliches Geschosß nichts
achten/ sondern willigst erdulden/ also hat auch Unser Durchl.
Chur-Fürst unter dem Göttlichen Liebes- und Schutz-Panier
alle Verdrüsslichkeiten des Krieges/ alle hinterlistige Nachstel-
lungen der Feinde/ alle wiederwärtige Lust und Sturm-Wet-
ter/ theils mit grosser Gedult vertragen/ theils mit tapffern Mu-
the überwunden. Eben dieses Paniers hat Er auch wohl genos-
sen/ da Er mit dem allerlehten Feinde tapffer zu fechten hatte.
Denn in nechstverwichenen Sommer hatte Er zwar auffß neue
mit seinen Böldern wieder über den Rhein-Strom gesetzt/ in
willens derer Feinde fernern Einfall zu verhindern. Aber ach! mit
Veränderung des Marches änderte sich auch gar bald das vor-
hin gehabte Glück. Denn es hatte nicht nur ihrer viel von der Ar-
mee/ sondern auch deroselben Durchlauchtigsten General und
Chur-Fürsten/ der zuvor an Leibes und Gemüths-Kräftten we-
nig Mangel spührete/ eine höchstgefährliche Krankheit überfal-
len. Damit nun die Herren Leib-Medici solchen Ubel zusteuern
desto ehere und bequemere Mittel finden möchten/ ließ Er sich
bald hernach aus dem Lager an der Enz in der weitberühm-
ten Stadt Tübingen Hoch-Fürstliches Collegium,
theils mit Hoffnung/ theils auch mit Furcht umbgeben bringen.
Da Er aber merckete/ daß die Krankheit alsobald drauff von ei-
nen hart anhaltenden Fieber und darbey befindlichen Schlassucht
verstärket worden/ wolte Er dem Göttlichen Willen über sich
nicht widerstreben/ sondern versorgte seine in kranken Leibe
Hoch-Fürstliche Tapffere Seele mit dem Sehr-Äffemige des
Hoch-Heiligen Nachtmahls/ und gab sie GOTT seinen Schöpffer
und

Nos verò, Auditores, tanto Heròe cadente, tanto Sole in Meridie occidente, & non modò Serenissimam Domum, sed communem etiam patriam obfuscante, quid accusabimus? Heu! quàm tristia antecesserunt prodigia, quæ hoc Celsissimum Funus portendere videbantur! Qvis enim ignorat tot civitatum, vicorumque incendia, quorum fumus in oculos atque ora nostra venit, cùm Divus Elector Noster vix imperium suum auspicatus esset? Qvis non horruit rumorem tristissimum, cùm paucis ab hinc annis in Dresdensi arce Electorali Electoratus Saxonici insignia tangente nemine delapsa, nuntiarentur? Qvis auribus suis non accepit terræ motus, qui in vicinia terras urbesque complures concusserunt horribiliter? Quotus quisque autem hæc pensi habuit, aut iisdem commotus ad meliorem se recipere frugem animo destinavit? Quid mirum igitur, si cum maximo nostro malo nunc experimur, quod Regum olim sapientissimus pronuntiavit verissimè: *Propter peccata terræ multi Principes ejus?* (Prov. 28. 2.) Etsi enim mensẽ fortè Septembrem, in quem marcidi autumnii æquinoctium incidit, incusare quis audeat, quòd ante, & paulo post id temporis rerum maximarum, mutationes & conversiones initium habuerint; quòd idem mensis *DIVO ALBERTO* Lineæ hujus *Albertinæ stipiti*, *DIVO CHRISTIANO I. Nostri Proavo*, fatalis extiterit, non tamen obitum tanti Principis, quem lugemus, iis fati immobilis angustiis circumscribi oportet, ut sine irato Numine hanc nobis accidisse cladem jacturamque dicamus. Quin potius anteaetæ vitæ
no-

und Erlöser mit höchster Gedult und Gelassenheit wieder/in star-
cken Vertrauen/ daß Er nicht zwar durch Verdienst seiner Hoch-
berühmten Helden-Thaten/ sondern alleine aus Gottes Gna-
de/ die wahre und ewigbeständige Herrlichkeit des himmlischen
Freuden-Lebens erlangen werde. O des aller seeligsten Hintritts/
dadurch Er unter dem Banner seines Herrn seinen letzten Feind
den Tod so tapffer besieget ! O des höchstglückseligen Todes/
der aller Mühe und Arbeit/ die Unser theuerster Chur-Fürst
theils zu Hause in seinen Landen/ theils auch zu Felde ferner-
weit würde auszustehen gehabt haben/ nicht nur ein erwünschtes
Ende mitgebracht/ sondern auch dieselbe mit der unaussprechli-
chen und ewigen Seeligkeit gekrönet. Was wollen aber wir/
Hochgeehrteste Anwesende/ darzu sagen/ daß ein so grosser Welt-
gefallen/ daß eine so schöne Sonne im Mittage untergangen/
daß auch so wohl das Durchl. Chur-Haus/ als auch das ganze
Vaterland in das tieffeste Trauren gesetzt worden ? Ach was vor-
traurige Unglücks-Zeichen sind vorher gegangen/ die auff diesen
höchsttraurigen Fall gedeutet ? Denn wer weiß nicht zu sagen/
gleich da Unser Höchstseeligster Chur-Fürst seine Regierung kaum
angetreten hatte/ von so vielen abgebranten Städten und Dörf-
fern/ deren Rauch wir annoch gleichsam zusehen/ und zu riechen ha-
ben ? Wer ist nicht erschrocken über den höchsttraurigen Geruch-
te/ daß vor wenig Jahren auff dem Chur-Fürstlichen Schlosse zu
Dresden das Chur-Fürstl. Wapen ohne einige Berührung solte
herab gefallen seyn ? Wer hat auch nicht gehöret von denen er-
schrecklichen Erdbeben/ die in der Nachbarschaft unterschiedliche
Orter und Städte grausamlich erschütteret ? Aber wie viel ha-
ben sich doch wohl daran gekehret/ oder dieselben sich bewegen las-
sen/ in wahrer Busfertigkeit ein besser Leben zuführen ? Was
Wunder demnach/ wann wir ieko mit unsern grösten Schaden
erfahren/ was vor längst der allerweiseste König allzu wahr ge-
redet/ daß nehmlich umb des Landes Sünde willen viel Ver-
änderungen der Fürstenthüme werden ? Denn ob gleich ein
und der ander den welchen Herbst-Monat/ und sonderlich das in
demselben einfallende Aequinoctium, da der Sonnen-Lauff
Tag und Nacht einander gleich machet/ anschuldigen wolte/ weil
beydes zuvor als auch mit und nach dieser Zeit-Wechselung sehr
groß

nostræ rationes penitus excutiamus & peccata
nostra omnia omniscius DE I oculis exposita dies no-
ctesque defleamus, quòd iisdem irritata divina
Nemesis tantum Heroem nobis eripuit, quo ne-
mo vel veræ Religionis Zelo, vel Pietate,
in Patriam, vel Justitiâ, vel Prudentiâ, vel
Clementiâ, vel Magnanimitate ac Fortitudine,
rerumque pace & bello gestarum gloriâ illustri-
or unquam fuit. Fuit verò ? O triste ver-
bum, non lingvâ, sed lachrymis pronuncian-
dum ! Fuit inter nos Heroum Saxonico-
rum Aquila generosissimus, & non modo com-
muni aquilarum more, Solem versùs ad astra,
sed in ipsum beatissimi coeli paradisum evola-
vit. Fuit inter nos Heroum Saxoniorum
Leo fortissimus, nec amplius Leoninum Ejus
vultum, pectusque oculis usurpare nobis li-
cet.

Sed corrigo lingvam præcipitem, & non
fuisse, sed adhuc esse, imò florere Heroem
Nostrum assevero. Quamquam enim non am-
plius militat, triumphat tamen sub JEHOVÆ
sui vexillo, quem constantissimâ fide appre-
hendit, & complexus est : triumphat in
regionibus illis coelestibus vera tranquillitate,
beatissimis & verâ beatitudine tranquillissimis,
quas nulla inquietat tempestas, sola verò im-
plet verissimæ gloriæ æternitas. Quamquam
etiam inter nos Ipse vitam caducam vivere
desiit, adhuc tamen Eum vivere lætamur in
Successore Serenissimo ac Potentissimo Filio - Prin-
cipe Primogenito, cui Divus Pater, cum statio-
ne mortali decederet, regimen omne ac jus in-
dictiones suas transcripsit.

Et

grosse Veränderungen sich jederzeit sollen zugetragen haben; Weil auch eben in diesen Monat der Glorwürdigste Herzog zu Sachsen *Albertus*, als der iezigen Albertinischen Linie Hochpreiſlicher Stamm-Vater / wie auch Unsers Durchl. Chur-Fürstens Herr GroßGroß Vater / Herzog Christian der I. todes verfahren; so müssen wir doch den Hintritt eines so grossen Fürstens / den wir ieko betrauren / nicht in so gar enge Schranken des Verhängnisses einschliessen / daß wir uns zu reden erkühneten / es wäre dieser grosse Riß ohne dem darzu gereizten Zorn Gottes geschehen. Laßt uns vielmehr unsern geführten Lebens-Bandel etwas genauer durchforschen / und unsere denen allwissenden Augen Gottes wohlbekante Sünden / busfertig beweinen / daß wir mit denenselben Gottes Zorn über uns erwecket / der uns einen so Tapffern Helden durch den zeitlichen Tod entrissen / welcher wegen seines beständigen Religions-Eiffers / wegen seiner Liebe gegen das Vaterland / wegen seiner Gerechtigkeit / Klugheit / Gütigkeit / Großmüthigkeit / Tapfferkeit / und so wohl in Friedens / als Kriegszeiten verrichteten hochlöblichen Thaten einen ungemeinen Ruhm bey der Welt erworben. Aber ist Er denn nun nicht mehr zu finden? O des schweren / und traurigen Wortes / daß nicht nur mit der Zungen / sondern auch mit Thränen solte ausgesprochen werden. Allerdings finden wir nicht mehr den unter allen Sachsen-Helden allermüthigsten Adler / als der nicht nur nach der gemeinen Adler Gewohnheit sich der Sonnen nach zu den Sternen / sondern gar in des Himmels Paradies erhoben / und hinauff geflogen: Wir finden auch nicht mehr den unter allen Sachsen-Helden allergroßmüthigsten und tapffersten Löwen / und können seinen Majestätischen Löwen-Augen / wie auch seinen unerschrockenen Löwen-Muth nicht mehr sehen und spüren. Aber doch muß ich hierbey meiner allzuschneellen / und sich übereilenden Zunge gebührenden Einhalt thun / und habe Uhrsache mit theuren Worten zuversichern / daß Unser Sächsischer Chur-Held an noch immer zu unter uns mit seinen grossen Nachruhm zu finden. Denn ob Er gleich wieder seine Feinde nicht mehr zu Felde lieget / und streitet / so hält Er doch unter dem Panier des Allerhöchsten / den Er mit standhaftigsten Glauben ergriffen / einen Majestätischen Triumph nach dem andern: Er triumphiret in den hünlichen

M

schen

Et nisi fallor, hoc ipsum luctus nostri remedium efficacissimum tertia illa Pyramis Divi Nostri Herois laudibus prædicandis erecta omnis posteritatis memoriæ prodere videtur. Hujus enim ecce fastigium ostendit Phœnicem, intra lethalem rogam flammisque voraces depictum cum epigraphe: *POST FATA SUPERSTES*. Nihil omninò hîc attinet altiùs ea repetere, quæ omniparæ Naturæ investigatores solertissimi de ave ista curiosè disputant, num molli in Arabia tantummodo niduletur: num regnante Claudio sua ex Arabia Romam advolaverit, quam diem deinde, ceu maximæ felicitatis vatem, publicæ fastorum tabulæ celebrârint: num ex cineribus suis unquam revixisse visus fuerit? Nobis enim Divina rerum omnium Destina revera talem stitit Phœnicem *in Divo Nostro Principe Electore JOH. GEORGIO III.* quem post fata sua novo in Phœnice revixisse, cernimus. O quanta cum eo revixerunt gaudia! O quanti gratulationum applausus Cœlum replent Saxonicum! Quis enim novo huic Phœnici non libentissimè assurgat? Quis non has manus, hæc viscera, vitamque ipsam pro tanto Principe impendat, cujus Pietas integerrima, Sapientia profundissima, Animus invictissimus, Bonitas paterrima, cum reliquo Virtutum choragio spem nobis faciunt certissimam, fore, ut quicquid laudis & gloriæ *in Potentissimis Majoribus, in gloriosissimo Patre, Avo, & Proavo*, quorum nomen illusterrimum auspiciatò gerit, olim resplenduit, hoc omni seculo repræsentet, hoc ad posteros omnes propaget quàm felicissimè.

Ad

di-
tri
te-
ce
am
:
nic
rae
ou-
ur:
ad-
ci-
at:
ie-
na
ro
I.
u-
e-
ic
L
ro
er-
if-
u-
,
n-
o,
vi-
u-
a-
d

schen Freuden-Leben/ welches die allerseeligste Ruhe und allgeruhligste Seeligkeit besizet/ die kein Sturm-Wetter/ kein Ungemach dieser Welt verstoret/ hingegen aber mit ewiger Herrlichkeit angefüllet ist. Und ob Er auch gleich unter uns das zeitliche und vergänglichliche Leben nicht mehr führet/ so freuen wir uns doch/ daß Er noch lebet in seinen Nachfolger/ dem Durchlauchtigsten Erstgebohrnen Chur-Princk/ dem der höchstseeligste Herr Vater/ so bald Er in dieser Sterblichkeit seinen Mund zugeschlossen/ die völlige Regierung und Herrschafft über seine Länder und Provincken übergeben.

Und wo mich meine Gedanken nicht betrügen/ so scheinets/ als wenn eben die zum unsterblichen Lobe Unsers Hochtheuren Heldens auffgerichtete dritte Pyramis uns diesen Trost in unsern tieffesten Trauren zeigen und gleichsam an die Hand geben wolte. Denn sehet über der zugespikten Höhe derselben erblicken wir einen über seinen ihn verzehrenden Feuer-Flammen abgebildeten Phönix / mit der Beschrift: **Ich lebe auch nach dem Tode.** Unnöthig wird seyn hierbey weitläufftig zu wiederholen/ was die Naturkundiger von diesem Vogel vor curieuse Streit-Fragen erregen/ ob er nur alleine in dem glückseligen Arabia niste/ ob Er hiebevorn unter der Regierung des Römischen Kaisers Claudii aus Arabien nach Rom geflogen kommen / welchen Tag man hernach als einen sonderbahren Propheten grosser Glückseligkeit in denen Annalibus zum ewigen Gedächtniß angeschrieben ; Ingleichen ob auch iemand jemahls mit seinen Augen gesehen/ daß dieser Vogel aus seiner Asche wieder lebendig worden ? Traun uns hat die treue Vorsorge Gottes wahrhaftig einen dergleichen Phönix an Unsern Höchstseeligen Chur-Fürsten Johann Georgen dem III. für Augen gestellet/ als aus dem wir einen neuen Phönix wieder auferstanden sehen. O was vor Freude hat darbey gleichsam ihr Leben wieder gefunden ! O was vor herrliche Glückwünschungen hören wir ieko unter dem Sächsischen Chur-Himmel erschallen ! Und wer wolte auch diesem Phönix mit unterthänigster Verehrung nicht begegnen ? Wer wolte nicht seine Hand / sein Herzk / sein Leib und Leben

Adfunt itaqve Saxones, adfunt Hermunduri,
adfunt Angri, adfunt Westphali, adfunt Lufati,
adfunt reliqui Civium, qui omnes Splendoris, No-
bilitatis, Virtutis, Fortunæ, Famæ, Eruditio-
nis fasces novo huic in posterum regnatura Phœ-
nici lubentissimè submitunt. Quorum votis
& acclamationibus nunc etiam Freiberga Nostra
se jungit comitem & humillimis à DEO Ter O-
ptimo Terqve Maximo precibus contendit, ut
Augustissimum Nostrum Principem - Electorem,
cui superioribus diebus fidei sacramentum dixi-
mus, ter & amplius majori felicitate, quàm
quæ de Phœnice prædicatur, beare atqve exor-
nare velit.

Phœnicem in Arabia felici degere perhibent.
Etsi verò regiones atqve provinciæ, quibus no-
vus Elector Noster ac Clementissimus Princeps,
imperio suo auspiciatissimè præsidet, neqve Ca-
siam, neqve Cinnamomum, neqve pretiosissima
reliqua gignunt aromata, quorum propter co-
piam Phœnicis patria, Arabia altera, felicitatis
gaudet nomine ; eas tamen divinissima Cœli be-
nignitas aliis implevit bonis, quæ, ut *Serenissimus
Noster Princeps Elector* nunquam diminuta, semper
verò majori benedictionis divina copiâ adaucta vi-
deat, votis omnibus contendimus.

Tradunt Phœnicis pennas mirâ & pulcherrimâ
omnium colorum varietate, oculis eam intuentium
volucrum ita sese ingerere, ut multo comitatu no-
vam ejus faciem mirentur. Similem nitorem splen-
doremqve in Nostro quoque hujus seculi Phœnice
Celsissimo admiramur, atqve, ut perpetuò admirari
liceat, cœleste Numen seriò precamur. Summa e-
nim Illius Autoritas, summa armorum felicitas, sum-
ma

vor diesen Hochtheuren Fürsten willigst dargeben/ dessen unge-
heuchelte Gottseeligkeit/ Hohe Weisheit/ Tapfferer Muth/ Lan-
des-Väterliche Gütigkeit/ nebenst andern Hoch-Fürstlichen Zu-
genden mehr/ uns die gewisse Hoffnung machen/ daß Er selbst
auch alle den jenigen Hohen Ruhm/ der in seinen Großmächti-
gen Ahnen/ sonderlich aber in seinen Glorwürdigsten Herrn
Vater/ Groß Vater/ und Groß Groß Vater (deren Nahmen
Er höchstglücklich führet) annoch immer zu herfür leuchtet/
aller Welt für Augen legen/ und mit vollen Glück auff die
Nach-Welt fortpflancken werde. Dahero sehen wir nun die
Sachsen/ wir sehen die Vermundurer/ wir sehen die Sangerer/
wir sehen die Westphaler/ wir sehen die Lausitzer/ und andere
treue Unterthanen mehr/ alles was sie an Ehre/ Daab und
Gut besitzen/ diesem Neu-Regierenden Phönix in tiefftschul-
digster Unterthänigkeit zu seinen Füßen legen. Zu deren fro-
hen Glückwünschungen sich auch aniezo unser Freyberg geset-
let und von Gott dem Allerhöchsten zu erbitten suchet/ daß Er
Unsern Durchlauchtigsten Chur-Fürsten/ dem wir vor etli-
chen Wochen den hochtheuren Guldigungs-Bund geleistet/ mit
weit mehrer und grösserer Glückseeligkeit/ als von dem Phönix
gerühmet wird/ krönen und beseligen wolle. Von dem Phö-
nix wird gemeldet/ daß Er in dem glückseligen Lande Arabia
seinen Aufenthalt haben soll. Ob nun wohl in den Landen und
Provinzen/ die unter Unsern neuen Durchlauchtigsten Chur-
Fürstens und gnädigsten Herrns Höchstlobliche Regierung ge-
hören/ weder Casia noch Siammet/ noch andere hochschätzbare
Gewürke wachsen und gezeuget werden/ umb welches willen des
Phoenicis Vaterland Arabia mit dem Zunahmen das Glückse-
lige genennet wird/ so hat doch der gütige Hümel selbige mit andern
Gütern reichlich versehen/ derentwegen wir wünschlen/ daß solche
Unser Durchlauchtigster Chur-Fürst niemahls in Abnehmen/
allezeit aber mit mehrern und grössern Secgen von Himmel her-
ab überschüttet sehen möge. Man sagt/ daß der Phönix so wun-
derschöne Federn haben soll/ darein sich andere Vogel gleichsam
verlieben/ daß sie in grosser Menge ihm nachziehen/ und sich über
seine Schönheit verwundern. Über dergleichen schönen Pracht
verwundern wir uns auch an Unsern Durchlauchtigsten Phönix

R

die

ma Illustrissimæ Aulæ Domusqve optimè constitutæ
celebritas pulcherrimæ veluti pennæ sunt, quibus
euectus ille terrenis despectis super sidera se efferre
valet.

Deniqve verò hoc unum omnium votum est,
ut Phœnicem etiam vivacitate Noster superet. Fa-
xit DEUS, qui Unctos suos instar pupillæ intactos
vult esse, atqve inviolatos, ut *Augustalis Elector*
Noster nullâ vel minùs prosperæ valetudinis vel
adversæ fortunæ vi contactus instar Phœnicis
dies suos multiplicet, omnium hostium vel frau-
des, vel minas, vel impetum vivendo vincen-
doqve superet, novumqve, si vitæ satur statione
mortali olim decesserit, relinquat Phœnicem, qui
& Nomine & Celsissimis animi corporisqve doti-
bus *DIVOS JOHANNES GEORGIOS* ad ex-
pressam quasi effigiem nobis reddat, ut tantâ
felicitate Serenissima Domus Electoralis Saxoni-
ca maximè omnium florere, imò populi omnes
Saxonici sincerissimo gaudio triumphare qveant.
Sic enim verè *DIVUS JOHANNES GEORGIUS III.*
posteritati narratus & traditus superstes erit :
Sic mori nesciet Saxonia, quæ in tot tantisque
Electoratus Saxonici Successoribus
felicissimis reviviscit.

D I X I.



dieser Zeiten/ und lassen diesen herzhlichen Buntsch erschallen/ daß
sothane Verwunderung auff ewig hinaus währen möge. Denn
sein Hochfürstliches Ansehen/ die hohe Glückseligkeit seiner
Waffen/ das hochpreißliche Gerüchte von seinem wohleingerich-
teten Estat sind eben gleichsam die schönen Federn/ mit welchen
Er über alles Irdische und Vergänglichliche bis an die Sternen
hinauff sich vermag zu schwingen. Unser aller Buntsch ist end-
lich auch dieser/ daß Unser Durchlauchtigster Chur-Fürst den
Phönix auch in des Lebens Zauerhaftigkeit übertreffen möge.
GOTT / der seine Gesalbten/ wie einen Augapffel im Auge be-
wahret / und unangetastet haben will/ verleihe gnädigst/ daß
Unsern Durchlauchtigsten Chur-Fürsten keine Kranckheit/ kein
Anstoß/ keine Biederwärtigkeit berühre / daß Er gleich dem
Phönix seiner Tage unzehlig viel sehe/ aller seiner Feinde Nach-
stellungen/ Trohungen/ und Anläuffte glücklichst überwünde/
und wenn Er einsten Lebens satt aus dieser Welt seinen Abschied
nehmen solte / wiederumb einen neuen Phönix hinter sich lasse/
der so wohl dem Nahmen nach als auch an Hoch-Fürstlichen
Leibes und Bemühts Haben die Glorwürdiasten
JOHANNES GEORGIOS als ein lebendiges
Contrafait uns und unsern Nachkommen darstelle/ damit al-
so bey dieser hohen Glückseligkeit das Durchlauchtigste Chur-
Haus Sachsen in höchsten Ruhm immerdar grünen und alle
demselben zugehörige Unterthanen darüber die lauterste und
beständigste Freude geniessen mögen. Solcher Gestalt wird
wahrhaftig Unser Höchstseeligster Chur-Fürst Johann
George der III. in seinen der Nach-Welt erzehlten rühmlich-
sten Thaten annoch leben ; Also wird auch gank Sachsen/
das in so viel und hochbeglückten Sächsischen Chur-Erben
immerzu gleichsam wieder jung wird / sich verewigen
und keines Untergangs zu befahren
haben.



FK 5227

1017

nc



ULB Halle

3

004 820 827








Reibergam nostram, *Auditores*

dem non est, quod tamen sciant cum intra metalliferam quemadmodum unquam; tempestatibus procul abesse quasi imminet. luctusque; argum- rum vim experiri longo intervallo vinciae tanti de- in hac urbe ehe- panarum tristiss- Saxonici huc u- non privatam al- rissimam, sed P- cussam, immo r- splendore praec- um, Patriaeque; n- ipsum tamen e- compositum no- verò, Freiberg- Superi, ut non



noratissimi, si tot is adhuc fluere excentis ferè ab- sique; diem exfuda- nulas, dubium qui- leatur iis, qui for- prioribus diebus peractum fuerit. lminum tonitru- e opprimit, à qui- vorum cervicibus or est à mœroris , tantò minùs eo- ut ve exteræ vel giones atque; Pro- cipiant, quantus Etsi enim cam- lum Electoratus alcârunt abundè, dem quandam cla- no vulnere per- a summo generis Principem omni- num extinctum; sive elatum, sive ernere licuit. Te nam reservârunt ma de Principis

obitu inopinato ad aures Tuas advolaret, sed exuviæ etiam Ejus sanctissimæ, terræ tuæ gremio in Mausoleo Electorali inferendæ luctuosissimum Tibi Tuisque; civibus spectaculum exhiberent.

Vidi-

